CENTRALE V. E. II

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
18 A
10 A

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

post 27 f

15.2.38

15 12
G G
38 18

FLOSCVLI
SANCTORVM
PATRVM,
IN
AREOLAS SVAS
DISTRIBVTI.

Labore & ſtudio IOANNIS DE LA RVSSALIERE, *Sacerdotis Pictavienſis.*

TOMVS III.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,

Apud { MICHAELEM LE PETIT, & STEPHANVM MICHALLET, ad inſigne Velleris aurei, & S. Pauli. } via Iacobæâ

M. DC. LXX.

Cum Approbatione & Privilegio.

APPROBATIO.

NOs infraſcripti Doctores Theologi, certum facimus legiſſe Librum cui titulus eſt, *Floſculi Sanctorum Patrum*; in quo nihil contra Fidem Catholicam, Apoſtolicam & Romanam, reperimus: ſiquidem Floſculi in operibus Sanctorum Patrum collecti, fideliter referuntur, & ideo dignum cenſemus qui typis mandetur. Datum Pariſiis, anno Dom. 1667. die 26. Auguſti.

ROBEAV.

EVDES.

APPROBATION.

I'Ay leu vn Livre intitulé *Floſculi Sanctorum Patrum*, fait ce 8. May 1667.

M. GRANDIN.

INDEX RERVM.

Numerus paginam indicat.

A

ADventus. 208
Ægritudo. 340
Æternitas. 152
Ambitio. 3
Amor. 11. 38. 116. 177. 178. 179. 180. 216. 232. 242. 247. 276. 309 339. 340. 392. 423. 429. 430
Amor proprius. 404
Angelus. 158
Anima. 182. 225. 296. 428
Aſcenſio Chriſti. 364. 365. 416
Apoſtolus. 401
Avarus. 18. 229. 258. 399. 424. 439

B

Baptiſmus. 219. 335
Beatitudo. 19. 301. 389
Beatus. 169
Bonum. 272. 277. 278. 378. 392. 424.

C

Caro 201. 270. 305. 340
Caſtitas. 295. 382
Charitas. 17. 38. 43. 56 62. 123. 142 157. 171. 178. 179. 194. 216. 218. 216. 238. 241. 244. 250. 251. 252. 253. 254. 257. 259. 307. 310. 3.5. 338. 354. 404. 415. 418. 428. 430.
Chriſtus. 12. 14 30. 35. 45. 50. 56. 62. 63. 67. 72. 76. 77. 82. 88. 91. 94. 100. 1.8 122. 132. 133. 142. 146. 165. 166 167. 187. 192. 206. 211 213. 217. 220. 224 229. 234 239. 241. 262. 264. 269. 276. 86. 287. 298. 299. 302. 338 35. 354. 365 388. 394. 407. 410. 438
Chriſtianus. 13. 15. 34. 43. 83. 90 102. 118. 130. 132 139. 182. 189. 225. 239. 249. 262.

188. 300. 301. 307. 333. 347. 375. 381. 387. 402. 418
Clericus. 407
Cœlum. 47. 137. 155. 167. 168. 206. 265. 275. 284. 286. 301. 3:1.
Communio. 149. 382.
Concionator. 59. 91. 169 231. 268. 297.
Concupiſcentia. 70. 97. 110. 293. 30 .
Confeſſio. 40. 109. 107. 219. 360. 387.
Conſcientia. 22. 33. 50. 57. 229.
Conſuetudo. 234. 335.
Converſio. 7. 90. 108. 228 277. 350. 361. 362
Cor. 193
Correctio. 280. 281
Crucis ſignum. 333. 366
Crux. 48. 215. 366
Cupiditas. 399

D

Deſiderium. 250. 391
Deſperatio. 60 2 4
Deus. 19 46. 48. 62. 66. 92. 100 104. 105. 109. 133 149. 152. 173. 190. 192. 203. 212. 219. 221. 225. 226. 242. 254. 261. 272. 287. 308. 354. 390. 396. 445
Diabolus 5 42. 81. 83. 96. 160 218. 249. 293 330. 346. 364. 398
Diſcordia. 199
Dives 274. 275. 313. 371. 372
Divitiæ. 62. 273. 289.

E

Eccleſia. 49. 226. 227. 246. 266. 367. 384. 403
Eleemoſyna. 35 40. 101 111. 157 159 183. 200 208 210. 274. 280. 285. 289. 292. 328. 331. 333. 336. 341. 345. 347. 348. 358. 359. 371. 376. 381. 395. 410. 428 429. 431. 432. 436. 439
Epiſcopus. 406
Evangelium. 371
Euchariſtia. 21. 24. 286. 288. 351. 375. 380. 382. 414
Excommunicatio. 336. 349

F

Feſtum. 383
Fervor. 211
Fidelitas. 19

Fides. 45.107 114 167. 169. 187.229 234. 258. 265. 290. 305. 308. 321 346. 355. 364.266. 408. 421
Finis. 12
Flagellum. 39
Fœlicitas. 279
Fœmina. 215
Furtum. 315
G
Gaudium. 5.290
Gloria. 243
Gratia. 264.304.443. 446. 448
H
Hæreſis. 183.221
Hæreticus. 63
Holocauſtum. 89
Homo.66.136.229. 34. 279. 368
Humilitas. 21. 72.135. 169.187.198.222.253. 277.281.291.319.334. 373
I
Iejunium. 48.356.358. 359. 411
Ignorantia. 317
Infernus. 54.245. 389
Inimicus. 14. 63. 64. 149. 304. 383. 405
Injuria. 343
Innocentia. 6
Intentio. 6 114
Invidia. 195
Ioannes Baptiſta. 401
Iudicium extremum. 32. 39. 73. 82. 128. 175. 255. 261. 264. 367 418
Iuramentum. 321
Iuſtitia. 120. 306.309
Iuſtitia Dei. 82
Inſtificatio. 441
Iuſtus. 33. 35. 122.165. 205. 307
L
Lachrymæ. 388
Laus. 334
Laus Dei. 332. 392
Libertas. 446
M
Malus. 27. 33. 63. 319
Maria virgo. 385
Martyr. 30. 187. 423. 438 389 390. 421
Medicina. 6. 323
Medicus. 98.169.259. 304
Mendacium. 4
Miſericordia. 155.341
Miſericordia Dei. 49. 61. 73. 290.
Monachus. 182
Mors. 13. 41. 52. 203. 215. 229. 257. 267. 281. 385. 325. 330. 338. 447

Mundus. 43. 86. 199. 247. 279. 381. 421. 432
N
Natura. 443
O
Obedientia. 96. 97. 289
Obduratio. 335
Odium. 280
Opus bonum. 187
Oratio. 11. 21. 22. 28. 39. 47. 63. 73 112. 124. 125. 164. 218. 220. 238. 242. 243. 273. 287. 290. 297. 327. 357 375. 377 388. 412
Originale peccatum. 444. 445
P
Paſtor. 297
Patientia. 65. 66. 126. 132. 207. 437
Paulus. 384. 385. 400
Paupertas. 321. 337
Pax. 120. 299
Peccator. 6. 52. 219. 327. 335
Peccatum. 115. 170. 229. 232. 234. 246. 259. 345. 353. 356. 427. 465
Perfectio. 229
Perſecutio. 8
Petrus. 386. 426
Pœna. 447
Pœnitentia. 70. 71. 108 140 235. 289. 300. 335 344. 348. 349. 352. 356. 360. 384 400. 427.
Præceptum. 105. 172. 448
Præſumptio 16
Proſperitas. 7. 60
Proximus. 171
Pſalmus. 1. 2
Pudor malus. 17. 61 360. 4
Purgatorium. 323. 387
Q
Quadrageſima. 355. 357. 363. 4 3
R
Redemptio. 14. 53
Relapſus. 304
Reſurrectio. 48. 99. 187. 301. 312. 425. 426
S
Sacerdos. 328 382
Sacramentum. 316. 239.
Sanctus. 367
Scriptura ſacra. 1. 2. 32. 44. 51. 284. 356. 362. 379.
Servus. 8. 149. 184.

260.
Spes 48. 227. 300. 308. 311. 390.
Spiritus. 303.
Spiritus ſanctus. 164. 217. 369. 391. 414. 419.
Superbia. 9. 72. 124. 151. 168. 180. 223. 292. 293. 298. 319. 330.

T

Tentatio. 42. 72. 81. 83. 86. 161. 194. 205. 277. 393. 398.
Theatrum. 263.
Timor. 8. 10. 18. 84. 136. 175. 250. 255. 256. 257. 305. 310. 311. 373. 374.
Tolerantia. 149. 221. 318. 319.
Tribulatio. 9. 10. 12. 13. 16. 17. 23. 29. 30. 33. 44. 45. 47. 50. 52. 53. 57. 66. 73. 81. 88. 97. 107. 112. 118. 194. 284. 346. 355. 431.
Trinitas. 337.

V

Verbum Dei. 31. 38. 51. 176. 299. 335. 356. 362. 396. 409.
Veritas. 220.
Vindicta. 16. 115. 380. 383.
Virginitas. 151. 210. 219.
Vita. 27. 77. 187. 211. 230. 266. 267. 275. 283. 293. 325. 380. 422.
Vita æterna. 265. 301. 349. 422. 438.
Vocatio. 4.
Voluntas bona. 172. 176. 465.
Voluntas Dei. 31.
Voluptas. 339.
Votum. 189. 352.
Vxor. 296. 404.

FINIS.

Extrait du Privilege du Roy.

PAR grace & Privilege du Roy, il eſt permis à FLORENTIN LAMBERT, Marchand Libraire à Paris, d'imprimer, faire imprimer, vendre & debiter, vn Livre intitulé, *Floſculi SS. Patrum*; Et ce pendant le temps & eſpace de ſept années conſecutives: avec deffences à tous Imprimeurs Libraires, & autres perſonnes de quelque qualité & condition qu'ils ſoient, d'imprimer ou faire imprimer ledit Livre, ſous quelque pretexte que ce ſoit, ſans le conſentement dudit Lambert, à peine de confiſcation des exemplaires contrefaits, de tous dépens, dommages & intereſts, & d'amande, comme il eſt plus au long porté par ledit Privilege, donné à Paris le 2. May, l'an de grace 1667. & du regne de Sa Majeſté le 24. Signé, le FEBVRE. Et ſeelé du grand Sceau.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté des Marchands Libraires, & Imprimeurs de Paris, le 27. Iuin. 1667.

Signé THIERRY Ajoint.

S. CYPRIANI FLOSCVLI.

AREOLA I.

IN proprias laudes odioſa jactatio eſt. *Epiſt. 1.*

Ut quis poſſit occidere, peritia eſt, uſus eſt, ars eſt.

Scelus non tantùm geritur, ſed & docetur.

Diſciplina eſt ut perimere quis poſſit, & gloria eſt ut perimat.

Inter leges ipſas delinquitur, inter jura peccatur. Innocentia nec illic, ubi defenditur, reſervatur.

Ut reus innocens pereat, fit reus judex.

Eſſe jam inter nocentes innoxium criminis eſt. Malos quiſquis non imitatur, offendit.

Conſenſere jura peccatis, & cœ-

pit licitum eſſe quod publicum eſt.

Ante ipſos terret poteſtas* ſua, quos facit eſſe terribiles.

Quem *Deus* divitem fecerit, nemo pauperem faciet.

Ep. 3. Pernicioſa res eſt ad ſequentium lapſum ruina præpoſiti.

Ep. 5. Fortiorem quemque *Diabolus* magis aggreditur, & acrior factus hoc ipſo quo victus eſt, ſuperantem ſuperare conatur.

Ep. 6. Parum eſt adipiſci aliquid potuiſſe, plus eſt quod adeptus es, poſſe ſervare.

Fides ipſa & nativitas ſalutaris non accepta; ſed cuſtodita vivificat.

Ep. 7. Deus quem corripit, diligit; quando corripit ad hoc corripit, ut emendet: ad hoc emendat, ut ſervet.

Oculos erigamus ad cœlum, ne oblectamentis & illecebris nos ſuis terra dejiciat.

Ep. 40. Mentitur *Diabolus* ut fallat, blanditur ut noceat, bona promittit ut malum tribuat, vitam pollicetur ut perimat; ſalutem promittit, ne qui deliquit, veniat ad ſalutem.

Etſi videntur in Eccleſia eſſe zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas noſtra, ut quoniam zizania eſſe in Eccleſia cernimus, ipſi de Eccleſia recedamus. *Ep. 51.*

Idoneus non poteſt eſſe ad martyrium, qui ab Eccleſia non armatur ad prælium; & mens deficit, quam non recepta Euchariſtia erigit & accendit. *Ep. 54.*

Nec aliquis noſtrum id debet horrere, quod Deus dignatus eſt. *Ep. 58.*

Nemo diu tutus eſt periculo proximus. *Ep. 62.*

Quemadmodum vino iſto communi mens ſolvitur, & anima relaxatur, & triſtitia omnis exponitur: ita epoto ſanguine Domini & poculo ſalutari exponatur memoria veteris hominis, & fiat oblivio converſationis priſtinæ ſæcularis, & mœſtum pectus ac triſte, quod prius peccatis angentibus premebatur, divinæ indulgentiæ lætitia reſolvatur. *Ep. 63.*

Contentio ſanctitatis & veritatis inimica. *Ep. 73.*

Conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt. *Ep. 74.*

Ep. 81. Nemo mortem cogitet, ſed immortalitatem.

De diſciplina & habitu Virginum. Virgo non eſſe tantùm, ſed & intelligi debet & credi, ut nemo cùm virginem videt, dubitet an virgo ſit.

Neque fas eſt virginem ad ſpeciem formæ ſuæ comi, aut de carne & de ejus pulchritudine gloriari, cum nulla ſit illi magis quam adverſus carnem colluctatio, ac vincendi corporis ac domandi obſtinata certatio.

Qui eſſe cupimus Chriſtiani, debemus quod Chriſtus fecit imitari.

Credenti præmium datur, ſi quod creditur & geratur.

Utendum putas iis quæ poſſidere te Deus voluit, utere, ſed ad res ſalutares; utere, ſed ad bonas artes; utere, ſed ad illa quæ Deus præcepit, quæ Dominus oſtendit.

Locupletem te dicis & divitem, divitem te ſentiant pauperes, locupletem ſentiant indigentes.

Tentatio eſt patrimonium grande, niſi ad uſus bonos cenſus operetur, ut patrimonio ſuo unuſquiſque

locupletior magis redimere debeat quàm augere delicta.

Nullarum fere precioſior cultus eſt, quàm quarum pudor vilis eſt.

Sericum & purpuram indutæ, Chriſtum induere non poſſunt.

Impudicè tu neminem conſpicis, ſed ipſa conſpiceris impudicè. Oculos tuos turpi oblectatione non polluis, ſed dum oblectas alios, ipſa pollueris.

Non eſt ejuſdem non poſſe à majoribus vinci, & imparem minoribus inveniri.

Non eſt ad magna facilis aſcenſus.

Durus & arduus eſt limes, qui tendit ad gloriam.

Si præmium pollicitationis attendas, minus eſt quod laboras.

Nec Eccleſiæ jungitur, qui ab Evangelio ſeparatur. Serm. de Lapſi.

Auro te licet & margaritis gemmiſque condecores, ſine Chriſti decore de formis es.

Quàm magna deliquimus, tàm granditer defleámus.

Deus quantùm patris pietate in-

dulgens ſemper & bonus eſt, tantùm judicis majeſtate metuendus eſt.

Pœnitentia crimine minor non ſit.

De unitate Eccleſiæ Cath. Facilior cautio eſt, ubi manifeſtior formido eſt.

Plus metuendus eſt & cavendus inimicus, cùm latenter obrepit.

De Oratione Dominica. Amica & familiaris oratio eſt Deum de ſuo rogare, ad aures ejus aſcendere Chriſti oratione.

Efficacius impetramus quod petimus in Chriſti nomine, ſi petamus ipſiùs oratione.

Deus non vocis, ſed cordis auditor eſt.

Quando patrem Deum dicimus quaſi filij Dei agere debemus, ut quomodo nos nobis placemus de Deo patre, ſic ſibi placeat & ille de nobis.

Continua oratione & prece opus eſt, ne excidamus à regno cæleſti.

Voluntas Dei eſt quam Chriſtus & fecit & docuit.

Cum corpus è terra & ſpiritum poſſideamus à cœlo, ipſi terra & cœlum ſumus.

Quis ei de ſæculo metus, cui in ſæculo Deus tutor eſt?

Citò orationes ad Deum aſcendunt, quas ad Deum merita noſtri operis imponunt.

Hora nulla à Chriſtianis excipitur, quominus frequenter ac ſemper Deus debeat adorari.

Imitemur quod futuri ſumus. Habituri in Regno ſine interventu noctis ſolum diem, ſic nocte quaſi in lumine vigilemus: Daturi ſemper & acturi gratias Deo, hîc quoque orare & gratias agere non deſinamus.

Peccata & delicta reputentur, conſcientiæ vulnera cogitentur, & deſignet unuſquiſque de Deo conqueri, ſi quod patitur intelligat ſe mereri. Ad Demetrianum.

Ut carere inferis poſſis, ad alta & cæleſtia ſuſpenſum pectus attolle.

Ut cognoſcere Deum poſſis, te ante cognoſce.

Pœnam de adverſis mundi ille ſentit, cui & lætitia & gloria omnis in mundo eſt.

Ille mœret & deflet, ſi ſibi malè

ſit in ſæculo, cui bene non poteſt eſſe poſt ſæculum.

Nullus iis dolor eſt de incurſatione malorum præſentium, quibus fiducia eſt futurorum bonorum.

Firmitate animi infirmitatem corporis vincimus.

Vinea licet fallat, & olea decipiat, & herbis ſiccitate morientibus æſtuans campus areſcat, quid hoc ad Chriſtianos? quid ad Dei ſervos, quos Paradiſus invitat, quos gratia omnis & copia regni cæleſtis expectat?

In æternam pœnam ſero credent, qui in vitam æternam credere noluerunt.

In iſto adhuc mundo manenti pœnitentia nulla ſera eſt.

De Idolorum vanitate. Deo, qui ſolus eſt, Deus vocabulum totum eſt.

Hæc ſumma delicti nolle agnoſcere, quem ignorare non poſſis.

Quod homo eſt, eſſe Chriſtus voluit, ut & homo poſſit eſſe quod Chriſtus eſt.

De Mortalitate. Ad omnia te paratum facere timor Dei & fides debet.

Contemnenda eſt omnis injuria malorum præſentium fiduciâ futurorum bonorum.

Niſi præceſſerit pugna, non poteſt eſſe victoria.

Delicata jactatio, cùm periculum non eſt.

Quando area fruges terit, ventos grana fortia & robuſta contemnunt, inanes paleæ flatu portante rapiuntur.

Aliud eſt martyrio animum deeſſe, aliud animo defuiſſe martyrium.

Qualem te invenit Dominus, cùm vocat, talem pariter & judicat.

Quàm præpoſterum eſt, quámque perverſum, ut cum Dei voluntatem fieri poſtulemus, quando evocat nos, & accerſit de hoc mundo Deus non ſtatim voluntatis ejus imperio pareamus. Obnitimur, & reluctamur, & pervicatium more ſervorum ad conſpectum Domini cum triſtitia & mœrore perducimur, exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo, non obſequio voluntatis, & volumus ab eo præmiis cœleſtibus hono-

tari, ad quem venimus inviti.

Quid oramus & petimus ut adveniat Regnum cœlorum, ſi captivitas terrena delectat?

Venturus ad Chriſti ſedem, ad regnorum cæleſtium claritatem, lugere non debet & plangere, ſed potius ſecundum pollicitationem Domini. ſecundum fidem veritatis, in profectione hac ſua & tranſlatione gaudere.

Pavore mortis excluſo, immortalitatem, quæ ſequitur, cogitemus.

Hoc nos oſtendamus eſſe quod credimus.

De Opere & Eleemoſynis. Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat, ſi operari ex eo largiter cœperis; Et neſcis miſer, quia dum times ne res familiaris deficiat. vita ipſa & ſalus deficit: & dum ne quid de rebus tuis minuatur attendis, non reſpicis quod ipſe minuaris amator magis mammonæ quàm animæ tuæ: & dum times ne pro te patrimonium tuum perdas, ipſe pro patrimonio tuo pereas.

Hoc ipſo amplius operari debes, quo multorum pignorum pater es.

Plures ſunt pro quibus Dominum *depreceris*, multorum *delicta* redi-*menda ſunt*, multorum liberandæ *conſcientiæ*, multorum animæ li-*berandæ.*

Quo amplior fuerit pignorum co-*pia, eſſe* & operum debet major *impenſa.*

Si filios tuos diligis, ſi eis exhibes plenam & paternam dulcedinem charitatis, operari magis debes, ut filios tuos Deo juſta operatione commendes. Nec eum liberis tuis cogites patrem, qui & temporarius & infirmus eſt, ſed illum patrem pares, qui æternus & firmus filiorum ſpiritalium pater eſt. Illi aſſigna facultates tuas, quas hæredibus ſervas. Ille ſit liberis tuis tutor, ille curator, ille contra omnes injurias ſeculares divina majeſtate protector.

Patrimonium Deo creditum nec reſpublica eripit, nec fiſcus invadit, nec calumnia aliqua forenſis evertit. In tuto hæreditas ponitur, quæ Deo cuſtode ſervatur.

Qui ſtudes terreno magis quàm

cæleſti patrimonio filios tuos Diabolo magis commendare quàm Chriſto, bis delinquis, & geminum & duplex crimen admittis, & quod non præparas filijs tuis Dei patris auxilium, & quod doces filiis patrimonium plus amare quàm Chriſtum.

De bono Patientiæ. Diligenda res homini quæ Deo chara eſt Bonum quod amat, Majeſtas divina commendat.

De zelo & livore. Calamitas ſine remedio eſt odiſſe felicem,

Laus eſt fidei fiduciâ futurorum mundi adverſa tolerare.

De Spectaculis. Quæ ſequuntur vulgo adſcribuntur S. Cypriano. Nullum malum difficilius extinguitur, quàm quod faciles reditus habet, dum & multitudinis conſenſu aſſeritur, & excuſatione blanditur.

Plerumque in præceptis quædam utiliùs tacentur; admonent ſæpedum interdicuntur.

De diſciplina & bono Pudicitiæ. Inter leges docetur, quicquid legibus interdicitur.

Pudicitia nihil ornamentorum quærit, decus ſuum ipſa eſt.

Voluptatem viciſſe voluptas eſt

axima. Nec ulla major eſt victo-
ı, quàm ea quæ de cupiditate re-
rtur.

Malum omne faciliùs vincitur,
ıàm voluptas, quia illud, quic-
ıid eſt, horridum eſt, hoc blan-
ım eſt.

Non eſt pudica quę affectat ani-
um alterius movere, etiam cor-
ris ſalva caſtitate.

Semper eſt miſera, quæ ſibi non
ıcet qualis eſt.

Cultus etiam mulieris pudicæ
dicus ſit.

Eſt profectò labor lætus, per De laude Martyrij.
ém ſecuritas invenitur.

Contemnenda tibi mors eſt, cui
ıriſtus occiſus eſt.

Contemptus venerationem vena- De jejunio & tentationibus Chriſti.
r. Fames & calamitas laudibus
urantur. Mens hoc veneno im-
ta in miſeriis deliciatur.

Jejunium ſcripturarum deliciis
ſcitur, contemplatione reficitur,
ıtia ſtabilitur, cæleſti pane nu-
tur.

Rarus Job qui pro filiorum ne-
gentia ſacrificium offerat.

Ordine ſuo, non noſtro arbitrio; virtus Spiritus ſancti miniſtratur, & ſecundùm inſtitutum ejus prælio proſperantur.

Vę qui per pręſumptionem ſuam aliquid faciunt, non per Deum.

Plus Duces & Principes, quàm milites ab hoſtibus appetuntur in pugna.

Ubique guſtanda eſt cum mulieribus, non continuanda præſentia, ſed quaſi tranſeunter fœminis exhibenda eſt acceſſio quodammodo fugitiva.

FINIS.

S. HIERONYMI FLOSCVLI.

AREOLA II.

AFFATIM dives eſt qui cum Chriſto pauper eſt. Ep. 1.

Corpus aſſuetum tunicis loricæ onus non fert.

Tunc maximè oppugnaris, ſi te oppugnari neſcis.

Perfectus ſervus Chriſti nihil præter Chriſtum habet. Aut ſi quid præter Chriſtum habet, perfectus non eſt.

Perfectum eſſe nolle, delinquere eſt.

Non omnes Epiſcopi, Epiſcopi ſunt.

Non facit Eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum.

Propterea vocantur Clerici, vel Ep. 2. quia de ſorte ſunt Domini, vel quia ipſe Dominus ſors, id eſt, pars Cle-

dulgens ſemper & bonus eſt, tantùm judicis majeſtate metuendus eſt.

Pœnitentia crimine minor non ſit.

De unitate Eccleſiæ Cath. Facilior cautio eſt, ubi manifeſtior formido eſt.

Plus metuendus eſt & cavendus inimicus, cùm latenter obrepit.

De Oratione Dominica. Amica & familiaris oratio eſt Deum de ſuo rogare, ad aures ejus aſcendere Chriſti oratione.

Efficacius impetramus quod petimus in Chriſti nomine, ſi petamus ipſius oratione.

Deus non vocis, ſed cordis auditor eſt.

Quando patrem Deum dicimus quaſi filij Dei agere debemus, ut quomodo nos nobis placemus de Deo patre, ſic ſibi placeat & ille de nobis.

Continua oratione & prece opus eſt, ne excidamus à regno cæleſti.

Voluntas Dei eſt quam Chriſtus & fecit & docuit.

Cum corpus è terra & ſpiritum poſſideamus à cœlo, ipſi terra & cœlum ſumus.

Quis ei de ſæculo metus, cui in ſæculo Deus tutor eſt?

Citò orationes ad Deum aſcendunt, quas ad Deum merita noſtri operis imponunt.

Hora nulla à Chriſtianis excipitur, quominus frequenter ac ſemper Deus debeat adorari.

Imitemur quod futuri ſumus. Habituri in Regno ſine interventu noctis ſolum diem, ſic nocte quaſi in lumine vigilemus: Daturi ſemper & acturi gratias Deo, hîc quoque orare & gratias agere non deſinamus.

Peccata & delicta reputentur; conſcientiæ vulnera cogitentur, & deſignet unuſquiſque de Deo conqueri, ſi quod patitur intelligat ſe mereri. Ad Demetrianum.

Ut carere inferis poſſis, ad alta & cæleſtia ſuſpenſum pectus attolle.

Ut cognoſcere Deum poſſis, te ante cognoſce.

Pœnam de adverſis mundi ille ſentit, cui & lætitia & gloria omnis in mundo eſt.

Ille mœret & deflet, ſi ſibi malè

ſit in ſæculo, cui bene non poteſt eſſe poſt ſæculum.

Nullus iis dolor eſt de incurſatione malorum præſentium, quibus fiducia eſt futurorum bonorum.

Firmitate animi infirmitatem corporis vincimus.

Vinea licet fallat, & olea decipiat, & herbis ſiccitate morientibus æſtuans campus areſcat, quid hoc ad Chriſtianos? quid ad Dei ſervos, quos Paradiſus invitat, quos gratia omnis & copia regni cæleſtis expectat?

In æternam pœnam ſero credent, qui in vitam æternam credere noluerunt.

In iſto adhuc mundo manenti pœnitentia nulla ſera eſt.

De Idolorum vanitate. Deo, qui ſolus eſt, Deus vocabulum totum eſt.

Hæc ſumma delicti nolle agnoſcere, quem ignorare non poſſis.

Quod homo eſt, eſſe Chriſtus voluit, ut & homo poſſit eſſe quod Chriſtus eſt.

De Mortalitate. Ad omnia te paratum facere timor Dei & fides debet.

Contemnenda eſt omnis injuria malorum præſentium fiduciâ futurorum bonorum.

Niſi præceſſerit pugna, non poteſt eſſe victoria.

Delicata jactatio, cùm periculum non eſt.

Quando area fruges terit, ventos grana fortia & robuſta contemnunt, inanes paleæ flatu portante rapiuntur.

Aliud eſt martyrio animum deeſſe, aliud animo defuiſſe martyrium.

Qualem te invenit Dominus, cùm vocat, talem pariter & judicat.

Quàm præpoſterum eſt, quámque perverſum, ut cum Dei voluntatem fieri poſtulemus, quando evocat nos, & accerſit de hoc mundo Deus non ſtatim voluntatis ejus imperio pareamus. Obnitimur, & reluctamur, & pervicatium more ſervorum ad conſpectum Domini cum triſtitia & mœrore perducimur, exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo, non obſequio voluntatis, & volumus ab eo præmiis cæleſtibus hono-

rari, ad quem venimus inviti.

Quid oramus & petimus ut adveniat Regnum cœlorum, ſi captivitas terrena delectat?

Venturus ad Chriſti ſedem, ad regnorum cæleſtium claritatem, lugere non debet & plangere, ſed potius ſecundum pollicitationem Domini, ſecundum fidem veritatis, in profectione hac ſua & tranſlatione gaudere.

Pavore mortis excluſo, immortalitatem, quæ ſequitur, cogitemus.

Hoc nos oſtendamus eſſe quod credimus.

De Opere & Eleemoſynis.

Metuis ne patrimonium tuum forte deficiat, ſi operari ex eo largiter cœperis; Et neſcis miſer, quia dum times ne res familiaris deficiat. vita ipſa & ſalus deficit: & dum ne quid de rebus tuis minuatur attendis, non reſpicis quod ipſe minuaris amator magis mammonæ quàm animæ tuæ: & dum times ne pro te patrimonium tuum perdas, ipſe pro patrimonio tuo pereas.

Hoc ipſo amplius operari debes, quo multorum pignorum pater es.

lures ſunt pro quibus Dominum
depreceris, multorum delicta redi-
menda ſunt, multorum liberandæ
conſcientiæ, multorum animæ li-
berandæ.

Quo amplior fuerit pignorum co-
pia, eſſe & operum debet major
impenſa.

Si filios tuos diligis, ſi eis exhibes
plenam & paternam dulcedinem
charitatis, operari magis debes, ut
filios tuos Deo juſta operatione
commendes. Nec eum liberis tuis
cogites patrem, qui & temporarius
& infirmus eſt, ſed illum patrem
pares, qui æternus & firmus filio-
rum ſpiritalium pater eſt. Illi aſſig-
na facultates tuas, quas hæredibus
ſervas. Ille ſit liberis tuis tutor, ille
curator, ille contra omnes injurias
ſęculares divina majeſtate prote-
ctor.

Patrimonium Deo creditum nec
reſpublica eripit, nec fiſcus inva-
dit, nec calumnia aliqua forenſis
evertit. In tuto hæreditas ponitur,
quæ Deo cuſtode ſervatur.

Qui ſtudes terreno magis quàm

cæleſti patrimonio filios tuos Diabolo magis commendare quàm Chriſto, bis delinquis, & geminum & duplex crimen admittis, & quod non præparas filijs tuis Dei patris auxilium, & quod doces filiis patrimonium plus amare quàm Chriſtum.

De bono Patientiæ. Diligenda res homini quæ Deo chara eſt Bonum quod amat, Majeſtas divina commendat.

De zelo & livore. Calamitas ſine remedio eſt odiſſe felicem,

Laus eſt fidei fiduciâ futurorum mundi adverſa tolerare.

De Spectaculis. Quæ ſequuntur vulgo adſcribuntur S. Cypriano. Nullum malum difficilius extinguitur, quàm quod faciles reditus habet, dum & multitudinis conſenſu aſſeritur, & excuſatione blanditur.

Plerumque in præceptis quædam utiliùs tacentur; admonent ſæpe dum interdicuntur.

De diſciplina & bono Pudicitiæ. Inter leges docetur, quicquid legibus interdicitur.

Pudicitia nihil ornamentorum quærit, decus ſuum ipſa eſt.

Voluptatem viciſſe voluptas eſt

axima. Nec ulla major eſt victo-
ı , quàm ea quæ de cupiditate re-
tur.

Malum omne faciliùs vincitur,
ıàm voluptas, quia illud, quic-
ıid eſt, horridum eſt, hoc blan-
ım eſt.

Non eſt pudica quę affectat ani-
um alterius movere, etiam cor-
ris ſalva caſtitate.

Semper eſt miſera, quæ ſibi non
ıcet qualis eſt.

Cultus etiam mulieris pudicæ
dicus ſit.

Eſt profectò labor lætus, per
em ſecuritas invenitur.

Contemnenda tibi mors eſt, cui
ıriſtus occiſus eſt.

Contemptus venerationem vena-
·. Fames & calamitas laudibus
urantur. Mens hoc veneno im-
ta in miſeriis deliciatur.

Jejunium ſcripturarum deliciis
ſcitur, contemplatione reficitur,
ıtia ſtabilitur, cæleſti pane nu-
tur.

Rarus Job qui pro filiorum ne-
gentia ſacrificium offerat.

De laude Martyrij.

De jejunio & tentationibus Chriſti.

Efficax eſt oratio præcedente jejunio.

De ſingularitate Clericorum.

Lubrica ſpes eſt, quæ inter fomenta peccati ſalvari ſe ſperat.

Utilius eſt infirmum ſe homo cognoſcat ut fortis exiſtat, quàm fortis videri velit, & infirmus emergat.

Magna compendia Providentiæ, ut aliquando fiat virtus & victoria per timorem.

Magna remedia contulit Dominus ad ſalutem, ut habeat & timidus laudem.

Minus voluptatibus ſtimulatur, qui non eſt ubi frequentia eſt voluptatum.

Aculeus peccati facta eſt forma fœminea.

Sine juſtitia non poteſt eſſe quod mandat *Deus*.

Qui nos juſſit ut in ſacris ſuis cum fœminis triumphemus, ipſe jubet ut pugnas fœmineas caveamus.

Ipſe ſe voluit ſuperari, qui hoſtem proprium in ſuas portas admiſit.

Artificia ſunt ſemper Diaboli beneficia, quibus ingenium ſuæ calli-

[...]tatis exercens ſanctimoniæ dedi-
[...] dolosis commoditatibus juvat ut
[...]rdat.

[N]unquam Deus juvat quod vetat.

[A]llocutus Dominus Samaritanam
[...] horam docuit, & receſſit. Ad
[...]ram quoque Martham paſſus eſt
[...]niſtrantem.

[M]ajor pœna à damnato damnari.
[...]deo martyrium appellatur tam
[...]ona quàm baptiſma, quia bap-
[...]at pariter & coronat.

[I]ta nobis ſpiritalis fortitudo col-
[...]a eſt, ut providos non ut preci-
[...]es tueatur: ut illos muniat qui
[...]unciant importunitatibus deli-
[...]rum, non eos qui ſe magis im-
[...]tunis delictis immergunt.

[C]uſtos nobis datus eſt ſpiritus,
[...] ut contraria declinantibus aſſi-
[...]do ſubveniat, non ut contraria
[...]entibus faveat: nec ut volunta-
[...] & pronos in adverſa confortet,
[...] ut ab adverſis nitentes ſeparari
[...] firmet.

[Q]uicumque pernicioſis conatibus
[...]et exercere virtutem, juvamen
[...] habet Spiritus ſancti.

Ordine ſuo, non noſtro arbitrio; virtus Spiritus ſancti miniſtratur, & ſecundùm inſtitutum ejus prælio proſperantur.

Vę qui per pręſumptionem ſuam aliquid faciunt, non per Deum.

Plus Duces & Principes, quàm milites ab hoſtibus appetuntur in pugna.

Ubique guſtanda eſt cum mulieribus, non continuanda præſentia, ſed quaſi tranſeunter fœminis exhibenda eſt acceſſio quodammodo fugitiva.

FINIS.

HIERONYMI FLOSCVLI.

AREOLA II.

AFFATIM dives eſt qui cum Chriſto pauper eſt. Ep. 1.

Corpus aſſuetum tunicis loricæ onus non fert.

[T]unc maximè oppugnaris, ſi te [o]pugnari neſcis.

[P]erfectus ſervus Chriſti nihil præ[ter] Chriſtum habet. Aut ſi quid [pr]æter Chriſtum habet, perfectus [no]n eſt.

[P]erfectum eſſe nolle, delinquere [eſt].

Non omnes Epiſcopi, Epiſcopi [ſun]t.

Non facit Eccleſiaſtica dignitas [Ch]riſtianum.

Propterea vocantur Clerici, vel Ep. 2. [qu]ia de ſorte ſunt Domini, vel quia [ip]ſe Dominus ſors, id eſt, pars Cle-

ricorum eſt. Qui autem vel ipſe pars Domini eſt, vel Dominum partem habet, talem ſe exhibere debet, ut & ipſe poſſideat Dominum, ut & poſſideatur à Domino.

Crebra munuſcula, & ſudariola, & faſciolas, & veſtes ori applicitas, & ablatos & deguſtatos cibos, blandaſque & dulces litterulas ſanctus amor non habet.

Quaſi majora ſint Imperatorum ſcita quàm Chriſti, Leges timemus, Evangelia contemnimus.

Gloria Epiſcopi eſt pauperum inopiæ providere.

Ignominia ſacerdotis eſt propriis ſtudere divitiis.

Sacerdotis Chriſti os manuſque concordent.

Epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe noverint, non dominos. Honorent Clericos quaſi Clericos, ut & ipſis à Clericis quaſi Epiſcopis honor deferatur.

Sermo Preſbyteri ſcripturarum lectione conditus ſit.

Sunt qui paüperibus paulum tribuant; ut plus accipiant; & ſub pre-

xtu eleemoſynæ quærunt divi-
ıs.

Multo melius eſt è duobus imper-
ctis rusticitatem ſanctam habere,
uàm eloquentiam peccatricem.

Miniſtrorum Chriſti nulla electio
t.

Etiam famam abſtinentiæ in deli-
is quærimus.

Nemo, invito auditore, libenter
fert.

De formis mulierum nunquam
ſputes.

Facilè contemnitur Clericus, qui
pe vocatus ad prandium non re-
ıſat.

Nec virtutes, nec vitia parentum Ep. 3.
beris imputantur.

Ab eo tempore cenſemur, ex quo
Chriſto renaſcimur.

Debemus & nos animo præmedi-
ri quod aliquando futuri ſumus,
quod, velimus, nolimus, abeſſe
ngiùs non poteſt.

Cave ne committas, quod aut qui
prehendere volunt, dignè lace-
aſſe videantur; aut qui imitari,
ogantur delinquere.

Olim offenſum ſentimus, nec placamus Deum.

Noſtris peccatis Barbari fortes ſunt.

Ep. 4. Nihil Chriſtiano felicius, cui promittitur regnum cœlorum: Nihil laborioſius, qui quotidie de vita periclitatur: nihil fortius, qui vincit Diabolum: nihil imbecillius, qui à corne ſuperatur.

Quanto vilior ancillarum conditio, tanto facilior eſt ruina.

Habeto cellulam pro Paradiſo.

Nulli parcas, ut ſoli parcas animæ.

Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis.

Ne per diem videas, quod nocte cogites.

Niſi oderimus malum, bonum amare non poſſumus: quin potiùs faciendum eſt bonum, ut declinemus à malo.

In omni conditione & gradu optimis mixta ſunt peſſima.

Ep. 7. Fiunt, non naſcuntur Chriſtiani.

Nunquam eſt ſera converſio.

Non ſunt contemnenda quaſi par-

va, ſine quibus magna conſtare non poſſunt

Difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberunt.

Proclivis eſt malorum æmulatio; & quorum virtutes aſſequi nequeas, citò imitaris vitia.

Vitia non decipiunt, niſi ſub ſpecie umbraque virtutum.

Licet quidam putent majoris eſſe virtutis præſentem contemnere voluptatem; tamen ego arbitror ſecurioris continentiæ eſſe neſcire quod quæras.

Ante annos robuſtæ ætatis periculoſa eſt teneris gravis abſtinentia.

Habet & pudicitia ſervata martyrium ſuum. Ep. 8.

Jejunium non perfecta virtus eſt, ſed cæterarum virtutum fundamentum eſt.

Nec diviti obſunt opes, ſi eis bene utatur; nec pauperem egeſtas commendatiorem facit, ſi inter ſordes & inopiam peccata non caveat.

Non eſt pauci apud Deum meriti bene filios educare.

Tenera res in fæminis fama pudi-

citiæ eſt; quaſi flos pulcherrimus ad levem marceſcit auram, levique flatu corrumpitur, maximè ubi & ætas conſentit ad vitium, & maritalis deeſt authoritas, cujus umbra tutamen uxoris eſt.

Ex ancillarum moribus dominæ judicantur.

Iraſci hominis eſt, & iram non perficere Chriſtiani.

De eodem cuncti facti ſumus luto, iiſdem compacti exordiis. In ſenio & in pannis eadem libido dominatur, nec regum purpuras timet, nec mendicantium ſpernit ſquallorem.

Cavendum eſt vulnus quod dolore ſanatur.

Ep. 10. Detrimentum pecoris paſtoris ignominia eſt.

Illius Monachi vita laudanda eſt, qui venerationi habet Sacerdotes Chriſti, & non detrahit gradui per quem factus eſt Chriſtianus.

Non quæruntur in Chriſtianis initia, ſed fines. Paulus male cœpit, ſed benè finivit. Judæ laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur.

Aut loquendum nobis eſt ut veſti-ti ſumus, aut veſtiendum ut loqui-mur.

Quicquid ſeminarium voluptatis eſt, venenum puta.

Multo melius eſt quotidie parum, quam rarò ſatis ſumere.

Pluvia illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in terram: Subitus & nimius imber in præceps arva ſubvertit.

Speculum mentis eſt facies, & taciti oculi cordis fatentur arcana.

Aliorum vulnus noſtra ſit cautio.

Falſus rumor citò opprimitur & vita poſterior judicat de priore.

Malorum ſolatium eſt bonos carpere, dum peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum.

Cito ignis ſtipulæ conquieſcit: & exundans flamma, deficientibus nutrimentis, emoritur.

Conſcientia pectorum lucet in facie.

Nemo tam fractis viribus & ſic decrepitæ ſenectutis eſt, ut non putet ſe unum adhuc annum eſſe victurum. Unde ſurrepit oblivio conditionis ſuæ. *Ep. 11.*

Ep. 12. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum, & nudus atque eſuriens ante fores noſtras Chriſtus in paupere moritur.

Ep. 13. Plenus venter facilè de jejuniis diſputat.

Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis benè vixiſſe laudandum eſt.

Et Crucis & Reſurrectionis loca proſunt his qui portant crucem ſuam, & cum Chriſto reſurgunt quotidie.

Qui Chriſtum deſiderat, & illo pane veſcitur, non quærit magnopere de quàm pretioſis cibis ſtercus conficiat.

Chriſti templum anima credentis eſt. Illam exorna, illam veſti, illi offer donaria, in illa Chriſtum ſuſcipe.

Eſſe Chriſtianum grande eſt, non videri.

Ep. 16. Erubeſcit, quamvis præclara, doctrina quam propria reprehendit conſcientia.

Ep. 19. Valde abſurdum eſt nimia ſaturitate velle honorare Martyrem,

quem

quem ſcimus Deo placuiſſe jejuniis.

Humanæ vitæ brevitas damnatio delictorum eſt. *Ep. 21.*

Stadium eſt hæc vita mortalibus, hîc contendimus ut alibi coronemur. *Ep. 22.*

Magnis inimicorum circumdamur agminibus, hoſtium plena ſunt omnia.

Cùm omnia poſſit Deus, ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam.

Tantùm veſte mutata priſtina, non mutatur ambitio.

Difficile eſt humanam animam aliquid non amare.

Deſiderium deſiderio reſtinguitur.

Non eſt detrahere nuptiis, cum illis virginitas antefertur.

Adulatoribus noſtris libenter favemus; & quamquam nos reſpondeamus indignos, attamen ad laudem ſuam intrinſecus animal ętatur.

Jeſus ingreſſus in Templum, ea quæ Templi non erant, projecit.

Ne gloriam fugiendo quæras; plures enim paupertatis, miſericordiæ atque jejunij arbitros declinantes hoc ipſo cupiunt placere, quod

placere contemnunt ; & mirum in modum laus dum vitatur, appetitur.

Ne hoc ipſum jactantiam generet, quod ſæculi jactantiam contempſiſti.

Melius eſt aliquid neſcire, quàm cum periculo diſcere.

Quid facit cum Pſalterio Horatius? Cum Evangeliis Maro? Cum Apoſtolis Cicero? Nonne ſcandalizatur frater, ſi te viderit in Idolio recumbentem? Simul bibere non debemus calicem Chriſti, & calicem Dæmoniorum.

Ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat crucem.

Hæc eſt ſola digna retributio, cùm ſanguis ſanguine compenſatur, & redempti cruore Chriſti pro Redemptore libenter occumbimus.

Quis Sanctorum ſine certamine coronatus eſt?

Nihil amantibus durum eſt: nullus difficilis cupienti labor eſt:

Quotieſcumque te vana ſæculi delectaverit ambitio, quoties in Mundo aliquid videris glorioſum,

ad Paradiſum mente tranſgredere; eſſe incipe quod futura es.

Adverſarius Chriſti eſt, & Antichriſtus, cui præcepta diſplicent Chriſti. Ep 23.

Pietatis genus eſt impium eſſe pro Domino.

Non eſt optimus conſolator, quem proprij vincunt gemitus, cujus viſceribus emollitis fracta in lacrymis verba deſudant. Ep. 25.

Bonus eſt Deus, & omnia quæ bonus facit, bona ſint neceſſe eſt.

Breve putabo malum, quod finis melior ſubſequetur.

Mors noſtra peccatum eſt.

Elinguis & mutus & ne hoc quidem habet unde roget; magis rogat, dum rogare non poteſt. Ep. 26.

Apud viros bonos indignior ſit ipſa dignitas, quam multi indigni poſſident.

Pars ſacrilegij eſt rem pauperum dare non pauperibus.

Si offeramus Chriſto opes cum anima noſtra, libenter ſuſcipiet.

Quantumcumque te dejeceris, humilior Chriſto non eris.

Cœpiſſe multorum eſt, ad culmen perveniſſe paucorum.

Non eſt invidus Agonotheta noſter, nec alterius palmâ alteri parat ignominiam. Omnes Athletas ſuos deſiderat coronari.

Ep. 30. Plus eſt animum depoſuiſſe, quàm cultum: difficilius arrogantiâ quàm auro caremus & gemmis.

Ep. 34. Difficile, imò impoſſibile eſt ut & præſentibus quis & futuris fruatur bonis, ut de deliciis tranſeat ad delicias.

Et Sancti corruunt, ſi fuerint negligentes: & peccatores priſtinum recipiunt gradum, ſi ſordes fletibus laverint.

Ep. 38. In teſtaceis vaſculis theſaurus ſæpe reconditur.

Ep. 41. Amicitia, quæ deſinere poteſt, numquam vera fuit.

Ep. 45. Iraſci hominis eſt, & injuriam non facere Chriſtiani.

Ep. 46. Nihil tam offendit Deum, quàm deſperatione meliorum, hærere pejoribus.

Proh! pudor, fragilior ſexus vincit ſæculum, & robuſtior ſuperatur à ſæculo.

Putridæ carnes ferro curantur & cauterio. Ep. 47.

Quod ſatis dolet, majori dolore expellitur.

Securius eſt perire non poſſe, quàm juxta periculum non periiſſe; in altero tranquillitas eſt, in altero gubernatio. Ibi gaudemus, hîc evadimus.

Non ſuperat amorem matris & fratris, niſi ſolius uxoris affectus.

Quodcumque domi fingitur, rumor in publicum fit.

Bona conſcientia nullius oculos fugit.

Solum deſperationis crimen eſt, quod mederi nequeat. Ep. 48.

Nihil ita repugnat Deo quàm cor impœnitens. Solum crimen eſt, quod veniam conſequi non poteſt.

Nunquam eſt ſera pœnitentia.

Solemus mala domus noſtræ ſcire noviſſimi, ac liberorum & conjugum vitia vicinis canentibus ignorare.

Multis nomen pauperum occaſio avaritiæ eſt. Ep. 49.

Multo gravior expectata, quàm illata mors.

L. 1. Adverſus Jovinianum.

Ideo plus amat Virgines Chriſtus, quia ſponte tribuunt, quod ſibi non fuerat imperatum: Majoriſque gratiæ eſt offerre quod non debeas, quam reddere quod exigaris.

Epiſcopus, Preſbyter, & Diaconus non ideo ſunt beati, quia Epiſcopi, vel Preſbyteri ſint aut Diaconi; ſed ſi virtutes habuerint nominum ſuorum aut officiorum.

Incipere plurimorum eſt, perſeverare paucorum. Vnde & grande præmium eorum qui perſeveraverint.

Quod alij poſtea in Cœlis futuri ſunt, hoc virgines in terra eſſe cœperunt.

Multi non oculis, ſed digitis uxores ducunt.

Quodcumque vitij eſt, poſt nuptias diſcimus.

Infida cuſtos eſt caſtitatis neceſſitas. Et illa verè pudica dicenda eſt, cui l cuit peccare, ſi voluit.

Aliquo modo, vel aliquando expugnatur, quod undique inceſſitur.

Moleſtum eſt poſſidere, quod nemo habere dignetur.

Difficilè cuſtoditur, quod plures amant.

Uxor ſervari impudica non poteſt, pudica non debet. Minore miſeria deformis habetur, quàm formoſa ſervatur. Pauperem alere difficile, divitem ferre tormentum. Pulchra citò adamatur, fœda facilè concupiſcit.

Liberi arbitrij nos condidit Deus; nec ad virtutem, nec ad vitia neceſſitate trahimur. Alioquin ubi neceſſitas eſt, nec damnatio, nec corona eſt.

Expleta voluptate per quandam pœnitudinem rurſus accendimur, quærimuſque facere, quod cum fecerimus, iterum pœniteamus.

Contra naturam eſt copiis voluptatum ſine voluptate frui.

Citò expletur naturę neceſſitas.

Hæc ars ſumma pugnantium alibi minari, alibi percutere. *Ep. 50.*

Non copula nuptialis quaſi culpa vitanda, ſed quaſi neceſſitatis ſarcina declinanda eſt.

Quod in Eccleſia non licet, nec domi licet.

Ep. 53 Minus eſt tenere ſacerdotium, quàm mereri.

Non naſcimur, ſed renaſcimur Chriſtiani.

Abſque Martyrum Reliquiiis per totas Orientis Eccleſias, quando legendum eſt Evangelium, accenduntur luminaria, jam Sole rutilante, non utique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum.

Paucorum culpa non præjudicat Religioni. Apoſtolorum fidem Judę proditio non deſtruxit.

Quod ſemel feciſſe bonum eſt, non poteſt malum eſſe, ſi frequenter fiat.

Ardentiùs appetitur, quicquid eſt rarius

Quando iratus fuero, & aliquid mali in meo animo cogitavero, & me nocturnum phantaſma deluſerit, Baſilicas Martyrum intrare non audeo, ita totus & corpore & animo pertimeſco.

In vulgi pauperibus ſuſtentandis nequaquam intellectu, ſed eleemoſyna opus eſt. In ſanctis pauperibus beatitudo eſt intelligentiæ, ut ei tri-

buat, qui erubeſcit accipere, & cùm acceperit, dolet.

Fateor imbecillitatem meam, nolo ſpe pugnare victoriæ, ne perdam aliquando victoriam.

Sanctus amor impatientiam non habet.

Monachus non Doctoris, ſed plangentis habet officium.

Honoramus Reliquias Martyrum, ut eum cujus ſunt Martyres, adoremus. Honoramus ſervos, ut honor ſervorum redundet in Dominum. *Ep. 54.*

Non eſt crudelitas pro Deo pietas.

Chriſtus in Paradiſum de cruce latronem intulit, & ne quis aliquando ſeram converſionem putaret, fecit homicidij pœnam Martyrium. *Ep. 58.*

Ego clamito: ſi quis cathedræ Petri jungitur, meus eſt.

Nolo deſpicere animam pro qua Chriſtus mortuus eſt.

Omne quod non licet, commune eſt tam Epiſcopo quàm laico. *Dialog. adverſus Luciferianos.*

Qui pœnitentiam agit, priora condemnat,

Vicina ſunt vitia virtutibus.

Difficile eſt Deo tantùm judice eſſe contentum.

Nolo mihi dici, quod & aliter poſſit intelligi.

Nolo in ſuſpicione hæreſeos quemquam eſſe patientem.

Nunquam de amicorum judicio glorieris; illud verùm eſt teſtimonium, quod ab inimica voce profertur.

Qui arguitur in pluribus, & in dilutione criminum aliqua prætermittit, quicquid tacuerit confitetur.

Nullus fortiter à ſemetipſo cæditur.

Ejuſdem eloquentiæ eſt, & pauca multis, & multa paucis verbis poſſe dicere.

Naſci de adulterio, non ejus culpa eſt qui naſcitur, ſed ejus qui generat.

Jephthe inter viros ſanctos Apoſtoli voce laudatus meretricis eſt filius.

Non in ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis cauſa eſt vitiorum atque virtutum.

Si munera noſtra abſque pace offerre non poſſumus, quantò magis & Chriſti corpus accipere? *Ep. 62.*

Citò indignatur libertas, ſi opprimitur.

Nemo plus impetrat à libero, quàm qui ſervire non cogit.

Scio me aliter habere Apoſtolos, aliter reliquos tractatores. Illos ſemper vera dicere, iſtos in quibuſdam ut homines aberrare.

Cunctarum virtutum mater eſt charitas.

Erravimus juvenes, emendemur ſenes. *Ep. 65.*

Hîc aut quæritur vita, aut amittitur.

Vera amicitia, quod ſentit, diſſimulare non debet.

Peccantium multitudo non parit errori patrocinium.

Culpam numerus peccantium non minuit. *Apolog. adverſus Ruffinum l. 1.*

Quando ſine nomine contra vitia ſcribitur, qui iraſcitur, accuſator ſui eſt.

Nec adulterium ſomnij ducit me ad tartarum, nec corona Martyrij in cœlum levat.

Tract. adverſus Palagium. cap. 2.

Simon Magus hæreſim condidit; Helenæ meretricis adjutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor choros duxit fœmineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Apelles Philomenem ſuarum habuit comitem doctrinarum. Montanus immundi Spiritus prædicator multas Eccleſias per Priſcam & Maximillam nobiles & opulentas fœminas, primùm auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Arius ut Orbem deciperet, ſororem Principis ante decepit. Donatus per Africam ut infelices quoſque fœtentibus pollueret aquis, Luciliæ opibus adjutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foveam, ſucceſſoremque ſui Priſcillianum habuit Zoroaſtris Magi ſtudioſiſſimum, & ex Mago Epiſcopum, cui juncta Galla non gente ſed nomine germanam huc illucque currentem alterius & vicinæ hæreſeos reliquit hæredem.

Avarus ſum ad accipienda benefi-

cia Dei, nec ille deficit in dando, nec ego ſatior in accipiendo Non mihi ſufficit quod ſemel donauit, niſi ſemper donaverit. Peto ut accipiam, & cùm accepero rurſus peto.

Hæc hominibus ſola perfectio, ſi imperfectos eſſe ſe noverint.

Non ſic donata eſt liberi arbitrij gratia, ut Dei per ſingula tollatur adminiculum. Dialog. adverſus Pelagianos. l. 1.

Neque in lege ratio queritur, ſed auctoritas.

Quamdiu vivimus, in certamine ſumus; & quamdiu in certamine, nulla certa victoria.

Qui peccata ſimpliciter confitentur, merentur humilitate clementiam Salvatoris.

Nullus ad perfectum juſtus eſt.

Fruſtra oramus, ſi in noſtro arbitrio eſt facere, quod volumus.

Meam injuriam patienter tuli; impietatem contra Deum ferre non potui. Ep. 75. Contra Vigilantium.

Apud Chriſtianos, non qui patitur, ut ait quidam, ſed qui facit contumeliam, miſer eſt. Ep. 77.

Nihil otioſus accipio; manu quotidie & proprio ſudore quærimus cibum.

Ep. 83. Perdit auctoritatem docendi, cujus ſermo opere deſtruitur.

Innocens & abſque ſermone converſatio, quantùm exemplo prodeſt tantùm ſilentio nocet; nam & latratu canum & baculo paſtoris luporum rabies deterrenda eſt.

Venter mero æſtuans citò deſpumat in libidines.

Noë ad unius horæ ebrietatem nudat femora ſua, quę per ſexcentos annos ſobrietate contexerat.

Lot per temulentiam neſciens libidini miſcet inceſtum, & quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt.

Quod populo præcepturus eſt, *Epiſcopus* priùs à domeſticis exigat.

Talis ſit Pontifex Chriſti, ut qui Religioni detrahunt, vitę ejus detrahere non audeant.

Ep. 85. Omne quod rarum eſt, plus appetitur.

Presbyteros turba contemptibiles facit.

Ep. 94. Semper *hæreſis* ſimulat pœniten-

tiam, ut docendi habeat facultatem; ne ſi aperta ſe luce prodiderit, foras expulſa moriatur.

Non facilis venia, prava dixiſſe de rectis. *Ep. 99.*

Nihil prodeſt exercere virtutes niſi noveris Creatorem. Nec Dei veneratio proficit ad ſalutem, niſi præcepta conditoris impleveris. *Ep. 127.*

Grandis eſt fortitudo Ægyptum dimittere, & in extrema ſolitudine commorari.

Ubi magnitudo gratiæ, ibi magnitudo diſcriminis.

Chriſti vincula voluntaria ſunt, & vertuntur in amplexus.

Poteſt fieri ut vincamus ubi victi fuimus; & eodem loco triumphemus, ubi fuimus ante captivi.

Nihil tam periculoſum eſt, quàm animus conſcientiâ virtutum tumens.

Multa in utramque partem crebro fama mentitur, & tam de bonis mala, quam de malis bona falſo rumore concelebrat. *Ep. 131.*

Non eodem lepore dictamus, quo ſcribimus.

Ep.146. Nunc etiam Sacerdotes Dei, omiſſis Evangeliis & Prophetis, videmus comedias legere, amatoria bucolicorum verſuum verba canere, tenere Virgilium, & id, quod in pueris neceſſitatis eſt, crimen in ſe facere voluptatis.

Ubi metus eſt, non eſt dilectio.

Qui diligit, non ideo imperata cuſtodit, quia aut timore pœnarum aut pręmij aviditate compellitur; Sed quia hoc ipſum, quod à Deo jubetur, eſt optimum.

Ep.147. Omne peccatum, verbi gratiâ, furtum, homicidium, rapina, perjurium, & cætera his ſimilia, poſt factum pœnitudinem habent; & licet invitet lucrum, tamen mordet conſcientia. Voluptas ſola ac libido etiam in ipſo tempore pœnitendi præteritos ſtimulos patitur, & titillationem carnis & incentiva peccati, ut per hæc quæ corrigi cupimus cogitantes, rurſum ſit materia delinquendi.

Ep.148. Quod promittitur in futuro, non cernitur in præſenti.

Ep.150. Vnus eſt Solis calor, & ſecundùm eſſentias

eſſentias ſubjacentes alia liquefacit, alia indurat, alia ſolvit, alia conſtringit, liquatur enim cera & induratur lutum; & tamen caloris non eſt diverſa natura. *Quæſt. 10.*

Triumphus Dei eſt paſſio Martyrum, pro Chriſti nomine cruoris effuſio, & inter tormenta lętitia. *Quæſt. 11.*

Solis radios tam munda loca excipiunt, quàm immunda, & ſic in floribus quomodo in ſtercore lucent & tamen Solis radij non polluuntur.

Triplex in corde noſtro deſcriptio & regula Scripturarum eſt; Prima ut intelligamus eas juxta hiſtoriam; Secunda juxta tropologiam; Tertia juxta intelligentiam ſpiritualem. *Quæſt. 12.*

Qui deponit veterem hominem cum actibus ſuis, negat ſeipſum. *Ep. 151. Qu. 3.*

Animi lætitia interdum dolorem corporis mitigat: Commentariorum in Iſaiam Lib. 1.

In Hieruſalem primùm fundata Eccleſia totius orbis ſeminavit Eccleſias.

Tamdiu videtur humanus ſermo habere rationem, quamdiu divinæ ſcientię non fuerit comparatus.

Cùm mendacium veritati quaſi

ſtipula igni appropinquaverit, citò voratur & deperit.

Lib. 2. Ille eſt doctor Eccleſiaſticus, qui lachrymas, non riſum movet.

Spernentes hominum judicia nec laudibus eorum extollamur, nec obtrectationibus contriſtemur.

Tollitur Dei auxilium ab iis qui indigni ſunt: ut, quia non ſenſerunt Deum per beneficia, ſentiant per ſupplicia.

Qui poſſunt plurimum, debent carere vitiis, & maximè ira, quæ furori proxima eſt: ne quanto plus poſſint, tanto amplius ſubiectis noceant.

Lib. 4. Hæretici, quorum os in cœlum ponitur, & lingua pertranſit in terram, ſenſu quem à Deo in bonam partem acceperunt, abutuntur in contrarium atque perverſum: ut loquantur contra eum à quo conditi ſunt; & linguæ miniſterium, quo laudandus eſt Dominus, vertant in blaſphemiam.

Frequenter evenit ut homines ſœculi, myſtica neſcientes, ſimplici ſcripturarum lectione paſcantur.

Solatium malorum eſt cùm inimicos viderint eadem ſuſtinere. Lib. 5.

Melius reor etiam proprium errorem reprehendere, quàm dum erubeſco imperitiam confiteri, in errore perſiſtere.

Nihil ſic offendit Deum, quàm poſt peccata erecta cervix, & ex deſperatione contemptus.

Quando viſitat & percutit Deus, ad hoc percutit, vt emendet. L:b. 6.

Sicut quamdiu cadaveris materia eſt, & aliquis humor in cadavere, vermes naſcuntur ex putredine: ſic ex ipſa materia peccatorum ſupplicia gignuntur.

Diverſæ apud Patrem ſunt manſiones, & pro varietate virtutum habitationum differentiæ.

Alterius pœnæ eſt auctor delicti, & alterius, qui ab auctore compulſus eſt.

Initium ſalutis eſt, ſua intelligere & flere peccata.

Quis hæreticorum non ſuperbus eſt?

In comparatione duorum malorum, levius malum eſt apertè pec-

care, quàm ſimulare & fingere ſanctitatem.

Lib. 7. In ſœculi rebus frequenter animadvertimus multos, qui per proſpera & abundantiam omnium rerumDominum ſentire non poterant, intelligere per inopiam, & converti ad opera juſtitiæ, poſtquam manus eorum non prævaluerit felicitate hujus ſœculi perfrui.

Lib. 8. De omni infirmitate dicendum eſt, quod abſque Dei miſericordia nihil medendi ars valeat.

Niſi Dominus languorem curaverit, in vanum laborant medici, qui cupiunt ſanare languentes.

Securitas negligentiam, negligentia contemptum parit.

Lib. 9. Sanctos magiſtros juvat diſcipulorum ſalus.

Lib. 10. Difficile, imò impoſſibile eſt placere omnibus, nec tanta vultuum, quanta ſententiarum diverſitas eſt.

Lib. 11. Ne elevaretur cor Ezechiæ poſt incredibiles triumphos, & de media captivitate victoriam, infirmitate corporis ſui viſitatur.

Nulla res longa mortalium eſt;

omniſque fœlicitas ſœculi, dum tenetur, amittitur.

Cùm tribulationis tempus advenerit, omne quod præteritum eſt, nihil adjuvat ſuſtinentem.

Nullus tam imperitus Scriptor eſt, qui Lectorem non inveniat ſimilem ſui.

Moris eſt Eccleſiaſtici Chriſto genuflectere. Lib. 12.

Dei vocare eſt, noſtrum credere; Lib. 13.
nec ſtatim ſi nos credimus, impoſſibilis Deus eſt, ſed potentiam ſuam noſtro arbitrio derelinquit, ut juſtè voluntas pręmium conſequatur.

Felix qui tanti meriti eſt tantæque virtutis, ut ornamentum dicatur Eccleſiæ.

Non ſolùm divitię, ſed & pau- Lib. 16.
pertas probat hominem.

Non prodeſt vacuum portare ventrem & alia facere quę Deo diſplicent.

Non peccatum leve dare ſanctum canibus, & ordinationem Clericatus nequaquam ſanctis, & in lege Dei doctiſſimis, ſed aſſeclis ſuis tribuere, & vilium officiorum mini-

ſtris, quodque his dedecorius eſt, mulierculárum precibus.

Sicut in ordinàtionibus malorum, particeps eſt peccatorum qui tales conſtituit; ſic in ordinatione ſanctorum, particeps eorum juſtitiæ, qui bonos elegit.

Commēt. in Hieremiam. Lib. 1. Prona eſt ad excuſationem ſui humana perverſitas.

Quanto major eſt numerus temporum quibus oblivìſcimur Deum, tanto major pœna peccati:

Aliorum tormenta, aliorum remedia ſunt. Cùmque punitur homicida, recipit quidem ipſe quod fuit, ſed alij deterrentur à ſcelere.

Nulla hæreſis niſi propter gulam, ventremque conſtruitur.

Iuſiurandum hos habeat comites, veritatem, judicium, atque juſtitiam: ſi iſta defuerint, nequaquam erit juramentum, ſed perjurium.

Quicquid nobis accidit, noſtro accidit vitio, qui dulcem Dominum in amaritudinem vertimus, & cogimus ſęvire nolentem.

Iſta eſt vera ſapientia, quę Dei timori júngitur.

Pœnitentia Dei dicitur, quando aufertur prædicta ſententia, & ira ſęviens ad finem uſque non pervenit.

Circumciſio tribus generibus in ſcripturis appellatur, in præputio, in corde, & in auribus. Lib. 2.

Grandis impietas, non ſolùm non cavere, ſed nec intelligere peccata, & nullam habere diſtantiam bonorum malorumve operum.

Nihil dolentius quàm unum vel ſolum perdere filium.

Illud templum Domini eſt, in quo habitat vera fides, ſancta converſatio, omniumque virtutum chorus.

Quid prodeſt corporis pudicitia animo conſtuprato?

Fruſtrà jactant legis ſcientiam, qui doctrinam operibus deſtruunt.

Hæreticorum umbræ ad tempus prævalent, ſed longo tempore corrumpuntur.

Meremur omnia quæ ſuſtinemus, & multo meremur majora quàm ſuſtinemus.

Hæc quotidie cernimus, & rebus Lib. 3. probamus, quod ideo hæretici fidei

ſimulent veritatem, ut ſimplices quoſque decipiant.

Jejunia & preces & victimę & holocauſta tunc proficiunt, cum recedimus à vitiis.

Multo melius eſt timore pœnarum emendare peccata, quàm ſpe proſperorum divinæ ſententiæ ſubjacere.

Nullus poteſt offenſo Deo pro flagitiis rogare peccantium.

Diverſis medicaminibus cupit Deus ſalvare peccantes, ut qui contempſerant blandientem, timeant comminantem.

Lib. 4. Semper Diabolus bono operi imminet: ubique gradientibus ponit laqueos.

Ita libertas arbitrij reſervanda eſt, ut in omnibus excellat gratia largitoris.

Vult Scriptura divina non ſolùm auribus doceri populum, ſed & oculis. Magis enim mente retinetur quod viſu, quàm quod auditu ad animum pervenit.

Solus eſt Dominus qui noverit probarę juſtitiam: quomodo ſolus

eſt qui cordis interna conſpiciat.

Melius non eſſe, quàm male eſſe.

Omnis hæreticus naſcitur in Eccleſia, ſed & de Eccleſia projicitur, & contendit & pugnat contra parentem.

Eadem & mala ſunt & bona: mala juxta eos quos cruciant, bona juxta eos quos emendant.

Semper imitatur mendacium veritatem, & niſi habuerit aliquam recti ſimilitudinem, decipere non poteſt innocentes.

Conſideranda clementia Domini: orare præcipit pro inimicis noſtris & benefacere iis qui perſequuntur nos, ut non ſimus noſtra tantùm ſalute contenti, ſed inimicorum quoque quæramus ſalutem. Lib. 5.

Quanto ſerior vindicta peccantium eſt, tanto juſtior. Lib. 6.

Non in ſponſione, ſed in opere prœmium eſt.

Melius eſt in divinis libris transferre quod dictum eſt, licet non intelligas quare dictum ſit, quàm auferre quod neſcias. Commentar. in Ezechiam. Lib. 1.

Electio Judæ, & Saulis unctio non arguunt Deum ignorantiæ fu-

turorum . ſed præſentium monſtrant eſſe judicem.

Quamcumque creaturam aſpexerimus, fulgurat Dei notitiam.

Nihil *eſt* in Evangeliis, quod non luceat, & ſplendore ſuo mundum illuminet: ut etiam quæ parva putantur & vilia, Spiritus ſancti fulgeant majeſtate.

Non eſt ceſſandum, licet mali ſint quibus loquimur.

Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei. Attamen & velle & currere noſtri arbitrij eſt.

Magnum diſcrimen eſt, Dei tacere ſermones ob triplicem cauſam vel propter timorem, vel propter pigritiam, vel propter adulationem.

Opus Magiſtri, ſalus diſcipuli eſt.

Non ſolùm in ſuppliciis varietas eſt pro diverſitate meritorum, ſed in bonorùm quoque retributione.

Alia ſunt Domini vincula, quibus in ſalutem ligamur; alia Diaboli, quibus decem & octo annis ligaverat mulierem in Evangelio. Luc. 13.

Lib. 2. Prodeſt & hæreticis ut conteratur cor eorum.

Idcirco *Dominus* ſæpe infert tri-

bulationem, quæ patientibus perniciosa videtur & peſſima, ut ad pœnitentiam convertantur.

Omnis medicina ad tempus habet amaritudinem; ſed poſtea fructus doloris ſanitate demonſtrantur.

Rubor vultus pudoris indicium eſt: & conſcientia peccatorum lucet in facie: ſpeſque ſalutis eſt, quando delictum ſequitur verecundia.

Nihil longum eſt, quod finem habet: & omnis retro temporum Lib. 3. ſeries tranſacta non prodeſt, niſi forte bonorum operum ſibi viaticum preparaverit.

Scripturarum cupimus verba in opera vertere, & non dicere ſancta, ſed facere.

Pro ſigno ſunt interioris hominis verba erumpentia.

Libidinoſum, qui ſua callidè celat vitia, interdum turpis ſermo demonſtrat; & avaritiam latentem intrinſecùs parvulæ rei cupido ſignificat. Minoribus enim majora monſtrantur; vultuque & oculis diſſimulari non poteſt conſcientia.

Secreta cordis motu corporis & geſtibus indicantur.

Nullus hominum qui aliquam imaginem non habeat, ſive ſanctitatis, ſive peccati.

Certè quando peccamus, ſi cogitaremus Deum videre & eſſe præſentem, nunquam quod ei diſplicet faceremus.

Qui non intelligunt quid ſibi proſit, & orant frequenter contraria, expedit eis ut non exaudiantur à Domino.

Magnæ interdum fœlicitatis eſt, ad præſens miſericordiam non mereri.

Omnia vivunt Deo, & ſuum ſentiunt creatorem.

Lib. 4. Aliud eſt negligere quod ignores, aliud contemnere quod colueris.

Multum prodeſt ſcire peccatoribus quid fecerint.

Secunda nativitas ſolvit primam nativitatem.

Omnes hæretici teſtimonium in ſuo loco alteri ſenſui congruens, alteri nituntur aſſuere.

Lib. 5. Cunctis peccatis & fornicationibus pejor *eſt* doctrina hæreticorum.

Portat tormentum ſuum, qui propria torquetur conſcientia.

Etiam inter hoſtes ſervanda fides

& non conſiderandum cui, ſed per quem juraveris.

Pulcrè in Xyſti Pythagorici Sententiolis dicitur: Adulter eſt uxoris propriæ, amator ardentior. Lib. 6.

Sicut juſtum antea peccatorem non prægravant antiqua delicta: ſic peccatorem qui prius juſtus fuerit, non juvant veteres juſtitiæ. Unuſquiſque enim in quo invenietur, in eo judicabitur.

Neque ſponſor in crimine eſt, ſi ille cui repromittitur, indignum ſe fecerit ſponſione, præſertim cum proponatur optio promittentis.

Superbiam contritio, & humilitatem ſequitur exaltatio.

Nihil tam facile eſt, quin difficile fiat quod invitus facias. Lib. 7.

Multi qui petant, pauci qui tribuant. Luc. 5.

Mali conſolationem ſuorum ſcelerum putant, ſi plures habeant conſortes criminum atque ſupplicij.

Homines ſæculi, quando viderint hominem ſanctum per negligentiam eſſe prolapſum, gaudent & exultant, quaſi aliorum ruina ſua ſit reſurrectio.

Non ex præteritis, ſed ex præſentibus judicamur. Cavendumque eſt & ſemper timendum ne veterem gloriam& ſolidam firmitatem unius horæ procella ſubvertat.

Lib. 9. Sanctificatio Dei eſt pœna peccãtiũ.

Æternitati comparatum omne tempus breve eſt.

Lib. 10. Ideo *Deus* comminatur, ut convertatur ad pœnitentiam cui minatur, & non fiat quod futurum eſt, ſi verba Domini contemnantur.

Lib. 11. Ignita Diaboli jacula ſcuto fidei reſtinguenda ſunt.

Lib. 12. Minore ſtudio virtutes laudamus, quàm vitia reprehendimus: & quamvis pulcra ſint corpora, unius pravitate ac deformitate membri inſigniora fiunt.

Niſi ima fuerint, ſumma eſſe non poterunt: & ut majora laudentur, minorũ comparatione ſuccreſcunt.

Levioris culpę arbitramur ſaltem parum, quàm omnino nihil dicere.

Lib. 13. Pars ſcientiæ eſt, ſcire quod neſcias.

Arrogans mens offendit Deum: humilis ad miſericordiam provocat.

Aut cogitationibus, aut ſermone, aut opere peccamus.

Melius eſt non promittere, quàm promittere, & non facere.

Anna obtulit Samuelem, qui in æterna ſanctitate permanſit: & Manue obtulit Samſon filium, ſed ſanctificationem capillorum ejus Dalilæ libido turpavit.

Erudiunt bonos exempla pejorum. Lib. 14.

Animæ, quæ fervet amore ſapientiæ, libenter ſpiritus Dei infunditur. Commentar in Danielem. Lib. 1.

Velox oblivio veritatis.

Excelſa periculoſius ſtant, & citius corruunt quæ ſublimia ſunt.

Magna miſeriæ conſolatio, quando in tormentis poſitus ſcit proſpera ſecutura.

Juſtè patimur quod meremur.

Quando propter peccata corripimur, vigilat ſuper nos Deus & viſitat nos. Quando verò à Deo deſerimur & non judicamur, indignique ſumus correptione Domini, tunc dormire dicitur.

Homo cùm uxorem acceperit, de virgine mulierem facit, id eſt non virginem. Deus etiam meretricibus copulatus, eas mutat in virgines. Commentar. in Oſee. Lib. 1.

Non ſolum opus, ſed & cogitatio mali operis pœnas luet.

Voluptas inſatiabilis eſt, & quanto magis capitur, tanto plus utentibus ſe famem creat.

Vires in fornicatione deficiunt, & fornicandi deſiderium non quieſcit.

Lib. 2. Qui ſœpe navigat, aliquando patitur tempeſtatem.

Hæreticorum conciliabula non domus Dei appellantur, ſed ſpeluncæ latronum.

Difficile eſt hæreticum reperire, qui diligat caſtitatem: non quod eam præferre deſiſtat in labiis, ſed quod non ſervet in conſcientia, aliud loquens, & aliud faciens.

Nullus poteſt hæreſim ſtruere, niſi qui ardētis ingenij eſt, & habet dona naturæ quę à Deo artifice sūt creata.

Lib. 3. Quidquid non licet, magis deſideratur: quod raritate dulce eſt, aſſiduitate in amaritudinem vertitur.

Commentar. in Joel. Sœpe Dei providentia fit, ut qui non cognoverunt Deum in proſperis, cognoſcant in adverſis; & qui divitiis malè abuſi ſunt ad virtutes penuriâ corrigantur.

Si omne jejunium placeret Deo, nunquam diceret: ſanctificate jejunium.

Locus aptus pœnitentiæ & confeſſioni, templum eſt & altare.

In malorum comparatione tolerabilius ſuſtinebo morbos, dummodo una & graviſſima domina libidine caream. Commentar. in Amos. Lib. 2.

Patitur quidem & ſenectus nonnumquam incentiva vitiorum.

Hac morte vivificare nos vult Dominus, ut morientes peccato vivamus Deo.

Fortitudo corporis, imbecillitas animæ eſt; & rurſum animæ fortitudo, imbecillitas corporis eſt.

Grande peccatum eſt non ſolum facere malum, ſed & diligere.

Odit malum, qui non ſolùm voluptate non vincitur, ſed odit opera voluptatis: & diligit bonum qui non invitus aut neceſſitate aut metu legum facit quod bonum eſt, ſed idcirco quia bonum eſt, ut mercedem boni operis habeat conſcientiam ſuam, & dilectionem quam erga bonum poſſidet.

Non omnis eleemoſyna placet Deo niſi quæ cum hilaritate profertur.

In explanatione ſanctarum ſcripturarum non verba compoſita, & ora- Lib. 3.

toriis floribus adornata, ſed erudi-
tio & ſimplicitas quæritur veritatis.

Maritus libentius audit uxorem interfici quàm pollui.

Commentar. in Abdiam.

Quis hereticorum non in ſuperbiam extollitur, Eccleſiæ ſimplicitatem parvipendens, & fidem imperitiam reputans.

Legimus, vidimus, quotidieque comprobamus, quando perſecutio contra Eccleſiam oritur, multo peiores perſecutores Judæos & hereticos in Chriſtianos fieri, quàm Ethnicos.

Commentar. in Jonam.

Quis hæreticorum non deſpicit Eccleſiaſticos?

Privilegia ſingulorum non poſſunt legem facere communem.

Sicut templum Patris Filius eſt, ita templum Filij Pater.

Deus naturâ miſericors eſt & paratus ut ſalvet clementiâ, quos non poteſt ſalvare juſtitiâ; nos autem vitio noſtro paratam miſericordiam & ultrò ſe offerentem perdimus & relinquimus.

Difficilè homines potentes & nobiles & divites, & multò his difficilius eloquentes credunt Deo; obcæcatur enim mens eorum divitiis,

& opibus, atque luxuria; circumdati vitiis non poſſunt videre virtutes, ſimplicitatemque ſcripturæ ſanctæ non ex majeſtate ſenſuum, ſed ex verborum judicant vilitate.

Carpere & detrahere vel imperiti poſſunt: doctorum autem eſt, & qui laborantium novere ſudorem, vel laſſis manum porrigere, vel errantibus iter oſtendere.

Permittitur tibi, ô ſacerdos, ut vivas de altari, non ut luxuries. Commentar in Micheam. Lib. 1.

Aſcenſione opus eſt, ut quis ad Chriſtum valeat pervenire.

Pro peccato animę ſolus dignè ſanguis offertur. Lib. 2.

Quærit à nobis Dominus, & neceſſariam habens noſtram ſalutem, poſcit accipere, quod danti proſit.

In homine ſpes vana, & vera in Deo eſt.

Curatio non beatitudo ſanatorum eſt, ſed ſolatium poſt dolorem.

Et dolor proficit ad ſanitatem.

Habet & ira Dei menſuras, quantùm, & quanto tempore, & ob quas cauſas, & quibus inferatur. Commentar. in Abacuc. Lib. 2.

Non dignitas & nomina dignitatum, ſed opus dignitatis & Prin- Commentar. in Sophoniam.

cipes, & Judices, & Prophetas, & Sacerdotes ſalvare conſuevit. Qui
1.Timo.3. Epiſcopatum, inquit, deſiderat, bonum opus deſiderat. Videte quid dixerit, bonum opus deſiderat, non dignitatem.

Commentar in Aggæum. Tunc proſunt eleemoſynæ, & munera quæ offeruntur in altari, cùm ſeipſum quis ædificaverit templum Dei, & poſt ædificationem templi, dona obtulerit in altari.

Commentat. in Malachiam. Dilectio & odium Dei vel ex præſcientia naſcitur futurorum, vel ex operibus.

Polluimus panem, id eſt corpus Chriſti, quando indigni accedimus ad altare, & ſordidi mundum ſanguinem bibimus.

Qui ſanitate abutuntur in libidinem, & divitias vertunt in luxuriam, bonamque famam ſordida converſatione deturpant, hi benedictiones Dei mutant in maledictionē.

Polluit Chriſti myſteria indignè accipiens Corpus ejus & Sanguinem.

Commentat. in Mat. *Cap.* 3. Primus Baptiſta Joannes regnum cœlorum prædicat, ut præcurſor Domini hoc privilegio honoretur.

Triplicem ob cauſam Salvator à

Joanne accepit baptiſmum. Primùm, ut quia homo natus erat, omnem juſtitiam & humilitatem legis impleret. Secundò, ut baptiſmate ſuo Joannis baptiſma comprobaret. Tertiò ut Jordanis aquas ſanctificans per deſcenſionem columbæ, Spiritus ſancti in lavacro credentium monſtraret adventum.

Quid prodeſt alios per te pacari, cùm in tuo animo ſint bella vitiorũ? *Cap. 5.*

Illud maledictum contemnendum eſt, quod beatitudinem creat, quod falſo maledicentis ore profertur.

Ubi Chriſtus in cauſa eſt, ibi & optanda maledictio eſt.

Eleganter in quodam volumine legimus: Ne quæras gloriam, & non dolebis cùm in glorius fueris.

Grandis audaciæ *eſt*, & parvę conſcientiæ, regnum Dei poſtulare, & judicium non timere. *Cap. 6.*

Prophetare, & virtutes facere, & dœmonia eijcere, interdum non ejus meriti eſt qui operatur, ſed vel invocatione nominis Chriſti hoc agit, vel ob condemnationem eorum qui invocant, & utilitatem eorum qui vident & audiunt con- *Cap. 8.*

ceditur : ut licet homines deſpiciant ſigna facientes, tamen Deum honorent, ad cujus invocationem fiunt tanta miracula. Nam & Saul,
1. Reg. 10. Num. 25. Joan. 11. Geneſ. 4. Dan. 2.
& Balaam, & Caiphas prophetaverunt neſcientes quid dicerent, & Pharao & Nabuchodonoſor ſomniis futura cognoſcunt. Et in Actibus Apoſtolorum filij Scævæ videbantur eijcere dæmonia; ſed & Judas Apoſtolus cum animo proditoris multa ſigna inter cæteros Apoſtolos feciſſe narratur.

Cap. 8. Natura hominum hujuſmodi eſt ut poſt febres magis laſſeſcant corpora, & incipiente ſanitate, ægrotationis mala ſentiant.

Cap. 9. Ibat Dominus ad convivia peccatorum, ut occaſionem haberet docendi, & ſpirituales invitatoribus ſuis præberet cibos.

Sponſus Chriſtus : ſponſa Eccleſia eſt.

Alia eſt puritas virginalis animæ & nulla prioris vitij contagione pollutæ : alia ejus quæ multarum ſordium libidini ſubjacuerit.

Cap. 10. Nec ullus eſt inter eos fidus affectus, quorum diverſa fides eſt.

Non cœpiſſe, ſed perfeciſſe virtutis eſt.

Semper crux portanda eſt, ut ſemper nos Chriſtum amare doceamus.

Omnis Sanctus, qui jam cum Deo eſt, major *eſt* illo qui adhuc conſiſtit in prælio. Aliud eſt enim coronã victoriæ poſſidere, aliud adhuc in acie pugnare. Cap. 11.

Grandis eſt violentia, in terra nos eſſe generatos, & cœlorum ſedem quærere: poſſidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam.

Nunquam leges Dei ſibi contrariæ ſunt. Cap. 12.

Otioſum verbum eſt, quod ſine utilitate aut loquentis dicitur, aut audientis.

Nullum alium invenimus obſervaſſe diem natalis ſui, niſi Herodem & Pharaonem: ut quorum par erat impietas, eſſet & una ſolemnitas. Cap. 14

In omnibus locis ardentiſſimæ fidei invenitur Petrus. Interrogatis Diſcipulis, quem homines dicerent Ieſum, Dei Filium confitetur. Volentem ad paſſionem pergere, prohibet; & licet erret in ſenſu, tamen non errat in affectu, nolens

ceditur : ut licet homines deſpiciant ſigna facientes, tamen Deum honorent, ad cujus invocationem fiunt tanta miracula. Nam & Saul,
1.Reg.10. & Balaam, & Caiphas propheta-
Num. 25. Joan. 11. verunt neſcientes quid dicerent, &
Geneſ. 4. Dan. 2. Pharao & Nabuchodonoſor ſomniis futura cognoſcunt. Et in Actibus Apoſtolorum filij Scævæ videbantur eijcere dœmonia; ſed & Judas Apoſtolus cum animo proditoris multa ſigna inter cæteros Apoſtolos feciſſe narratur.

Cap. 8. Natura hominum hujuſmodi eſt ut poſt febres magis laſſeſcant corpora, & incipiente ſanitate, ægrotationis mala ſentiant.

Cap. 9. Ibat Dominus ad convivia peccatorum, ut occaſionem haberet docendi, & ſpirituales invitatoribus ſuis præberet cibos.

Sponſus Chriſtus : ſponſa Eccleſia eſt.

Alia eſt puritas virginalis animæ & nulla prioris vitij contagione pollutæ : alia ejus quæ multarum ſordium libidini ſubjacuerit.

Cap. 10. Nec ullus eſt inter eos fidus affectus, quorum diverſa fides eſt.

Non cœpiſſe, ſed perfeciſſe virtutis eſt.

Semper crux portanda eſt, ut ſemper nos Chriſtum amare doceamus.

Omnis Sanctus, qui jam cum Deo eſt, major *eſt* illo qui adhuc conſiſtit in prælio. Aliud eſt enim coronã victoriæ poſſidere, aliud adhuc in acie pugnare. Cap. 11.

Grandis eſt violentia, in terra nos eſſe generatos, & cœlorum ſedem quærere: poſſidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam.

Nunquam leges Dei ſibi contrariæ ſunt. Cap. 12.

Otioſum verbum eſt, quod ſine utilitate aut loquentis dicitur, aut audientis.

Nullum alium invenimus obſervaſſe diem natalis ſui, niſi Herodem & Pharaonem: ut quorum par erat impietas, eſſet & una ſolemnitas. Cap. 14

In omnibus locis ardentiſſimæ fidei invenitur Petrus. Interrogatis Diſcipulis, quem homines dicerent Ieſum, Dei Filium confitetur. Volentem ad paſſionem pergere, prohibet; & licet erret in ſenſu, tamen non errat in affectu, nolens

eum mori quem Filium Dei fuerat paulo ante confeſſus. In montem cum Salvatore inter primos primus aſcendit, & in Paſſione ſolus ſequitur. Peccatum negationis, quod ex repentino timore deſcenderat, amaris ſtatim abluit lachrymis. Poſt paſſionem cùm eſſent in lacu Genezareth, & piſcarentur, & Dominus ſtaret in littore, aliis paulatim navigantibus, ille non patitur moras; ſed accinctus ependyte ſuo, ſtatim præcipitatur in fluctus.

Cap.15. Cui mundus crucifixus eſt, ſequitur Dominum crucifixum.

Cap.18. Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum.

Iuxta noſtram mentem ſententia Dei flectitur & mutatur.

Si parva fratribus non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittentur.

Cap.19. Faciliùs ſacculus contemnitur quàm voluptas.

Multi divitias relinquentes, Dominum non ſequuntur. Sequitur autem Dominum, qui imitator ejus

eſt,

eſt, & per veſtigia illius graditur.

Regnum cœlorum non eſt dantis, ſed accipientis. Non eſt enim acceptio perſonarum apud Deum; ſed quicumque talem ſe præbuerit ut regno cœlorum dignus fiat, hic accipiet quod non perſonæ, ſed vitæ paratum eſt. Cap. 20

Non ſit in domo pectoris noſtri negotiatio, non ementium vendentiumque commercia, non donorum cupiditas, ne ingrediatur Ieſus iratus & rigidus, & non aliter mundet templum ſuum, niſi flagello adhibito: ut de ſpelunca latronum, & de domo negotiationis, domum faciat orationis. Cap. 21.

Hypocrita appellatur, qui aliud eſt, & aliud ſimulat, id eſt, aliud opere agit, & aliud voce prætendit. Cap. 22.

Impoſſibile eſt humanam animam non tentari. Cap. 26

Quantùm de ardore mentis confidimus, tantùm de carnis fragilitate timeamus.

Falſus teſtis eſt qui non eodem ſenſu dicta intelligit quo dicuntur.

Si permanent opera, fruſtra voce aſſumitur pœnitentia. Cap. 27.

Commentar. in Marcum. Cap. 8. Medicina cujuſque vulneris adhibenda eſt. Non ſanat oculum, quod calcaneo adhibetur. Iejunio paſſiones corporis, & oratione peſtes ſanandæ ſunt mentis.

Cap. 12. Timore humilitas conſervatur, & omne peccatum expellitur.

Cap. 13. Vigilia opus eſt mentis ante mortem corporis.

Cap. 14. In tentationem intrat, qui orare negligit.

Matth. 5. Marc. 7. Joan. 11. Tres mortuos Dominus ſuſcitavit. Primum in domo: ſecundum ad ſepulcrum: tertium de ſepulcro.

Moris eſt hæreticorum umbram de veritate trahere.

Opprobria Chriſti noſtrum abſtulere opprobrium. Vincula ejus nos liberos fecerunt. Corona ſpinea capitis ejus diadema regni adepti ſumus. Vulneribus ejus ſumus ſanati. Sepultura ejus reſurgimus. Deſcenſione ejus ad inferos nos aſcendimus ad cœlos.

Cap. 15. Simon qui portat crucem in angaria, ipſe eſt qui laborat pro laude humana.

Ipſa ſpecies crucis, quid eſt niſi forma quadrata mundi? Oriens de

vertice fulgens, Arcteon dextra tenet, Auſter in læva conſiſtit, Occidens ſub plantis firmatur. Aves quando volant ad æthera, formam crucis aſſumunt. Homo natans per aquas, vel orans forma crucis vehitur. Nauis per maria, antenna cruci ſimilata, ſufflatur.

Peccata præterita non nocent, quando non placent. *Cap. 16.*

Infamantur & ſaltus, cùm latrociniis pleni ſunt, non quo terra peccet & ſylvæ, ſed quo infamiam homicidij loca quoque traxerint. Deteſtamur & gladium, quo humanus effuſus eſt cruor, & calicem in quo venenum temperatum eſt, non gladij caliciſque peccato, ſed quod odium mereantur illi qui his malè uſi ſunt. Ita & ſæculum, quod eſt ſpacium temporum, non per ſemetipſum aut bonum aut malum eſt; ſed per eos qui in illo ſunt, aut bonum appellatur, aut malum. Commentar. in Epiſt. ad Galatas. Lib. 3.

Nec putemus in verbis ſcripturarum eſſe Evangelium, ſed in ſenſu.

Sæpe evenit ut & mulier viro cauſa ſalutis fiat, & mulierem vir in religione præcedat. Lib. 2.

Quomodo qui ſpiritum filij Dei habet, filius Dei eſt: ſic in reciprocum, qui ſpiritum filij Dei non habet, Dei filius non poteſt appellari.

Scriptura divina ædificat & lecta: ſed multo plus prodeſt ſi de litteris vertatur in vocem.

Nunquam ſpiritualis perſequitur carnalem.

Pluſquam quindecim anni ſunt, ex quo in manus meas nunquam Tullius, nunquam Maro, nunquam Gentilium litterarum quilibet auctor aſcendit: & ſi quid forte inde, dum loquimur, obrepit, quaſi antiqui per nebulam ſomnij recordamur.

Eccleſia Chriſti non de Academia, & Liceo, ſed de vili plebecula congregata eſt.

Si loquentes veritatem, aliquos meremur inimicos, non tam nos inimici eorum ſumus, quam illi inimici ſunt veritatis.

Semper ebrietati juncta luxuria eſt.

Qui diligit quempiam, ſemper in ejus felicitate lætatur.

Benignitas eſt virtus ſponte ad benefaciendum expoſita. Non mul-

tum bonitas à benignitate diverſa eſt, quia & ipſa ad benefaciendum videtur expoſita. Sed in eo differt, quia poteſt bonitas eſſe triſtior, & fronte ſeveris moribus irrugata, bene quidem facere, & præſtare quod poſcitur, non tamen ſuavis eſſe conſortior, & ſua cunctos invitare dulcedine.

Non modici laboris eſt, ſic in præſente ſœculo vivere, ut jam nunc vita Jeſu manifeſtetur in carne noſtra.

Si ab hominibus quæro gloriam, vitium eſt: ſi à Deo, virtus eſt, qui & ad veram nos gloriam cohortatur, dicens: Eos autem qui me glorificant, glorificabo. 1. Reg. 2.

Vinci vel vincere nonnunquam in noſtra eſt poteſtate: cæterum tentari, in poteſtate tentantis eſt.

Qui gloriam quærit ab altero, huic nec mundus crucifixus eſt, nec crucifixus eſt ipſe cum Chriſto.

Excuſatio veriſimilis, hominem poteſt utcumque placare, Deum non poteſt fallere.

Cùm iſta vita tranſierit, operandi tempus aufertur.

Ira ipſa, & libido, & injuria,

quæ deſiderant ultionem, ſi me refrænem, ſi propter Deum taceam, ſi per ſingulos commotionis aculeos & incentiva vitiorum, Dei de ſuper me videntis recorder, fiunt mihi occaſio triumphorum.

Breve eſt vitæ iſtius curriculum.

Solus poteſt in cruce Chriſti gloriari, qui tollit eam, & ſequitur Salvatorem: qui crucifixit carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis: qui mortuus eſt mundo, & non contemplatur ea quæ videntur, videns mundum crucifixum, & tranſeuntem figuram ejus.

Laborem præſtat magiſtro, qui aliter vivit & ſentit, quàm magiſter & docuit & fecit.

Commentar. in Ep. ad Theſ. Lib. I.

Si quicquam eſt, quod in hac vita ſapientem virum teneat, & inter preſſuras & turbines mundi æquo animo manere perſuadeat, id eſſe vel primum reor, meditationem & ſcientiam ſcripturarum.

Ad ſumma non ſcandimus, niſi per ima gradiamur.

Vult Deus ſalvari omnes, & in agnitionem veritatis venire. Sed quia nullus abſque propria volun-

tate ſalvatur, (liberi enim arbitrij ſumus) vult nos bonum velle : ut cùm voluerimus, velit in nobis & ipſe ſuum implere conſilium.

Arrhabo futuræ emptioni quaſi quoddam teſtimonium & obligamentum datur. Pignus verò pro mutua pecunia opponitur; ut cum illa reddita fuerit, reddendi debitum pignus à creditore reddatur.

Quotidie Chriſtus reſurgit ex mortuis, quotidie in pœnitentibus ſuſcitatur.

Nunc Deus per partes in ſingulis eſt : in alio juſtitia, in alio caſtitas, in alio temperantia, in alio ſapientia, in alio fortitudo : & difficile eſt etiam in ſanctis viris atque perfectis omnes pariter eſſe virtutes. Cùm autem in fine rerum & conſummatione mundi, ei fuerint omnia ſubjecta, adimplebitur omnia in omnibus; ut juxta id quod Deus eſt cunctis virtutibus plenus, omnia in omnibus adimpleatur, & ſint univerſi habentes omnia, quæ ante ſingula ſinguli poſſidebant.

Deus ubique eſt, & totus ubique eſt.

Lib. 2. Toties Diabolo flectimus genu, quotieſcumque peccamus.

Qui Chriſtum diligunt, ſequuntur eum charitatis vinculis colligati.

Omnis humilitas non tam in ſermone, quàm in mente eſt, ut humiles nos eſſe conſcientia noverit, & nunquam nos vel ſcire, vel intelligere, vel eſſe aliquid æſtimemus.

Sancti non habent quod inter ſe invicem ſufferant: ſed hi qui quaſi homines aliqua adhuc paſſione ſuperantur.

Poteſtas Diaboli non in temeritate illius atque jactantia, ſed in tua eſt voluntate.

Lib. 3. De nulla re ſic iraſcitur Deus, quomodo ſi peccator ſuperbiat, & erectus ac rigidus non flectatur in fletum; nec miſericordiam poſtulet pro delicto.

Quando in bono opere tempus conſumimus, emimus illud, & proprium facimus quod malitia hominum venditum fuerat.

Redimentes tempus, quod in diebus malis eſt, quodámmodo immutamus illud; & dies malos in bonos vertimus; & facimus illos

non

non præſentis ſæculi, ſed futuri.

In omni opere primum conſiderandum quid velit Deus, & habito judicio, id poſtea faciendum quod illi placere fuerit comprobatum.

Membra ſumus corporis Chriſti, non ſecundum naturam divinitatis æternæ, ſed juxta id quod hominem eſt dignatus aſſumere.

Corpus Chriſti Eccleſia eſt, & Eccleſia de cunctis credentibus congregatur.

Quomodo ſolent ſapientes exercituum principes ea vel maximè expugnare urbium loca, quę panum munita ſunt, ut cùm per illa irruperint, facilè munita capiantur: ita & Diabolus per ea quæ patere videt, aut certe non firmiter clauſa, quærit irrumpere, & ad ipſam arcem cordis & animæ pervenire.

Quanti diligunt Dominum parati exilia, parati martyria, parati inopiam, & omnia pro eo contumeliarum genera ſuſtinere, & nihilominus carnis paſſione ſuperantur.

Servus Dei ille eſt qui non eſt ſervus peccati. Commentar. in Ep. ad Titu. Cap. 1.

Scientia pietatis eſt noſſe legem,

intelligere Prophetas ; Evangelio credere, Apoſtolos non ignorare.

Abſque pietate notitia veritatis delectat ad præſens, ſed ęternitatem non habet præmiorum.

Non juſtus polluitur ex filiorum vitiis.

Nunquam ego ebrium caſtum putabo, qui & ſi vino conſopitus dormierit, tamen potuit peccare per vinum.

Diſcat quiſque quod volet, ego loquor conſcientiam meam, ſcio mihi abſtinentiam & nocuiſſe intermiſſam, & profuiſſe repetitam.

Epiſcopus, qui imitator Apoſtoli eſſe cupit, habens victum & veſtitum, his tantum debet eſſe contentus. Qui altario ſervierint, de altario vivant. Vivant, inquit, non divites fiant.

Qui Eccleſiæ futurus eſt princeps, habeat eloquentiā cum vitæ integritate ſociatam, ne opera abſque ſermone ſint tacita, & dicta factis deficientibus erubeſcant.

Nemo eſt tam ſicarius, & tam parricida, tam veneficus, qui non aliquid boni aliquando fecerit.

Adventu Chriſti purgata ſunt omnia.

Si mundi ſumus, munda nobis eſt creatura.

Quod majus lucrum poteſt eſſe, aut quid precioſius, quàm ſi humanam animam quis lucretur.

Quotieſcumque vincimur vitiis atque peccatis, toties Deum negamus. Et è contrario, quoties bene quid agimus, Deum confitemur.

Toties negamus nos, quoties priora vitia calcantes deſinimus eſſe quod fuimus, & incipimus eſſe quod ante non fuimus.

Aliud eſt ſanam doctrinam loqui, aliud ea quæ ſanæ conveniunt docere doctrinę: quia in altero ſimplex tantùm inſtitutio eſt: in altero cum eo quod doces, vitæ quoque correctio eſt. *Cap. 2.*

Nonnunquam evenit ut primum à nobis in virginem ſive in quamlibet fœminam ſit ſancta dilectio, & cum mollita mens fuerit in affectus paulatim ſanitas charitatis langore palleſcat, & infirmari incipiat, & ad extremam mortẽ diligentem ferat.

Nihil prodeſt aliquem exercitatum

eſſe in dicendo, & ad loquendum triviſſe linguam, niſi plus exemplo docuerit quàm verbo.

Vehementer Eccleſiam Chriſti deſtruit, meliores laïcos eſſe quàm ſæculares.

Cap. 3. Nulla virtus eſt ferre manſuetos.

Frequenter accidit ut habeamus pugnas legis, non ob deſiderium veritatis, ſed ob jactantiam gloriæ, dum apud eos qui audiunt, docti volumus æſtimari.

Inter hæreſim & ſchiſma hoc intereſſe arbitramur, quod hæreſis perverſum dogma habeat: ſchiſma propter epiſcopalem diſſentionem ab Eccleſia pariter ſeparet: Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi poteſt diverſum. Cæterum nullum ſchiſma non ſibi aliquam confingit hæreſim, ut rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur.

Prœm. in Epiſt. ad Philemonem. Ejuſdem eſt potentiæ ingenium, quod in majoribus exercueris, etjam in minoribus non negare.

Commentar. in Ep. ad Phil. Sanguis effuſus is tantum martyrem facit, qui pro Chriſti nomine funditur.

Paulus à Cæſare miſſus in carce-

rem, notior familiæ ejus factus, perſecutoris domum fecit Eccleſiam.

Non eſt in Deum perfecta dilectio & fides, quæ in miniſtros ejus odio & infidelitate tenuatur.

Nonnunquam malum occaſio fit bonorum, & hominum prava conſilia Deus vertit in rectum.

Ad comparationem ęternitatis omne tempus breve eſt.

Nullus æternus Dominus ſervi ſui; poteſtas quippe ejus, & utriuſque conditio morte mutatur.

Qui præſumit de eo quem rogaturus eſt, ipſa quodammodo præſumptione prejudicat ne ei negare liceat quod rogatur.

Virginitas propterea majori præmio coronatur, quia præceptum Domini non habet, & ultra imperata ſe tendit.

Quomodo Apoſtoli de piſcatoribus piſcium piſcatores hominum facti ſunt, ita Lucas de medico corporis in medicum eſt verſus animarum.

S. HILARII FLOSCVLI.

AREOLA III.

De Trinitate. Lib. I.

NON aliud magis proprium Deo, quàm eſſe intelligitur, quia idipſum quod eſt, neque deſinentis eſt aliquando, neque cœpti.

Nullus ſine Deo, neque ullus in Deo locus eſt. Cum habet atque habetur, neque ipſe in aliquo, neque non in omnibus eſt.

Verbum Deus caro factum eſt, ut per Deum verbum carnem factum, caro proficeret in Deum verbum

Reſpuit captioſas & inutiles Philoſophiæ quæſtiones fides conſtans.

Optimus lector eſt, qui dictorum intelligentiam expectet ex dictis potius quàm imponat, & retulerit magis quàm attulerit; neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præſumpſerit intelligendum.

Idoneus ſibi teſtis eſt *Deus*, qui niſi per ſe cognitus non eſt.

Comparatio terrenorum ad Deum nulla eſt.

Nullus ad prærupta conſcenſus eſt, niſi ſubſtratis paulatim gradibus feratur greſſus in ſumma.

Lis *Hæreticorum* noſtra fides eſt.

Parum eſt in rebus ad ſalutem neceſſariis ſola ea ad ſatisfactionem fidei afferre quæ propria ſunt, quia plerumque blandientes ſenſum fallant dictorum noſtrorum inexploratæ affectiones, niſi etiam propoſitionum adverſarum demonſtratæ vanitates fidem noſtram in eo ipſo quod ridiculæ eſſe arguantur affirment.

Perfecta ſcientia ſic Deum ſcire, ut licet non ignorabilem, tamen inenarrabilem ſcias. Lib. 1.

Ut quædam medicamentorum genera ſunt ita comparata, ut non in ſingulis tantum ægritudinibus utilia ſint, ſed omnibus in commune medeantur, habeantque in ſe virtutem generalis auxilij: Ita & fides catholica non adverſum ſingulas tantum peſtes, ſed contra omnes morbos opem medelæ communis impertit.

Qui inviſibilis & incomprehenſibilis eſt, non viſu, ſenſu, tactuque moderandus, cunis eſt obvolutus. Hæc ſi quis indigna Deo recolet, tanto ſe majoris beneficij obnoxium confitebitur, quanto minus hæc Dei convenerint majeſtati. Non ille eguit homo effici, per quem homo factus eſt; ſed nos eguimus ut Deus caro fieret, ut habitaret in nobis. Humilitas ejus noſtra nobilitas eſt, contumelia ejus honor noſter eſt.

Omne dictum ut dicatur ex cauſa eſt, & dicti ratio ex ſenſu intelligenda dicentis.

Lib. 3. Quod intelligibile eſt homini, Deo eſſe poſſibile eſt

Non habent divina adulationem, nec ſubeſt Deo ad placendum fallendumve ſimulatio.

Nemo niſi hoc quo, eget, poſtulat.

Hoc Deo eſt peculiare, quod ſemper eſt; habere aliquando in natura non poterit quod non ſit.

Dei filius homo naſcitur, ſed Dei in partu Virginis virtus eſt: Dei filius homo cernitur, ſed Deus ex operibus hominis exiſtit: Dei filius crucifigitur, ſed in hominis mor-

tem Deus vincit. Chriſtus Dei filius moritur, ſed omnis caro vivificatur in Chriſto.

Stultum eſt calumniam in eo inquiſitionis intendere, in quo comprehendi id unde quæritur per naturam ſuam non poteſt.

Secundum naturæ intelligentiam nomina divinis rebus apta ſunt.

Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubjectus. Lib.4.

Ipſi de ſe Deo credendum eſt.

In Angelo officij potius quàm naturæ intelligentia eſt. Lib.5.

Non affert demutationem naturæ nomen officij

Non poteſt Deus niſi per Deum intelligi, ſicut nec honorem à nobis Deus niſi per Deum accipit.

Ad Dei honorem per Deum ducimur.

Non eſt de Deo humanis judiciis ſentiendum.

A Deo diſcendum eſt, quid de Deo intelligendum ſit, quia non niſi ſe authore cognóſcitur.

Loquendum non aliter de Deo eſt, quàm ut ipſe ad intelligentiam noſtram de ſe locutus eſt.

Nihil ſane in ſe habet ſapientiæ impietas; & Dei timor, qui ſapientiæ initium eſt, ubi deeſt, aufert ſecum omne exordium prudentiæ.

Lib. 6. Gravis & periculoſus error in plurimis; & multorum lapſus, etiamſi ſe intelligat, tamen exurgendo pudore authoritatem ſibi præſumit, ex numero habens hoc impudentię, ut quod errat prudentiam velit exiſtimari; & quod cum multis errat intelligentiam eſſe aſſerat veritatis, dum minus erroris eſſe exiſtimatur in multis.

Hæreſes cæteræ prætenduntur, ut de ſe hæreſis mentiatur.

Ingentia ingentibus æſtimantur.

Non eſt in nobis dilectio ad Deum Patrem, niſi per filij fidem.

Lib. 7. Hoc Eccleſiæ proprium eſt, ut tum vincat, cum læditur: tum intelligatur, cum arguitur: tum obtineat, cum deſeritur.

Ex vitio malæ intelligentiæ fidei deſſidium.

Hæretici omnes contra Eccleſiam veniunt, ſed dum hæretici omnes ſe invicem vincunt, nihil tamen ſibi vincunt. Victoria enim eorum

Eccleſiæ triumphus ex omnibus eſt, dum in eo hæreſis contra alteram pugnat, quod in hæreſi altera Eccleſiæ fides damnat. Nihil enim eſt quod hæreticis commune eſt; & inter hæc fidem noſtram, dum ſibi adverſantur, affirmant.

Deum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum novimus nomine, nativitate, natura, poteſtate, profeſſione.

Non ſtatim boni atque utilis ſacerdotis eſt, aut tantummodo innocenter agere, aut tantummodo ſcienter prædicare, cum & innocens ſibi tantum proficiat niſi doctus ſit, & doctus ſine doctrinæ ſit authoritate, niſi innocens ſit. Lib. 1.

Vita *Epiſcopi* ornetur docendo, & doctrina vivendo.

Contradicendum eſt impietati inſolenti & inſolentię vaniloquæ, & vaniloquio ſeducenti: Et contradicendum per doctrinæ ſanitatem, per fidei veritatem, per verborum ſinceritatem, ut & ſanitas veritatis ſit, ut & ſanitas veritas ſanitatis.

Extra Evangelica promiſſa eſt, quiſquis extra fidem eorum eſt.

Maximum ſtipendium fidei eſt, ſperare quæ neſcias.

Quæ ſcripta ſunt legamus, & quæ legerimus intelligamus; & tunc perfectæ fidei officio fungemur.

Non eſt humano aut ſæculi ſenſu in Dei rebus loquendum.

Omnis comparatio ad intelligentiæ formam præſumitur, ut id de quo agitur, ſecundum propoſitum exemplum aſſequamur.

Unum ſunt Pater & filius natura, honore, virtute: Nec natura eadem poteſt velle diverſa.

Signaculorum ea natura eſt, ut omnem impreſſæ in ſe ſpeciei explicent formam, & nihilominus ex eo in ſe habeant unde ſignentur; & dum totum accipiunt quod imprimitur, totum ex ſe præferunt quicquid impreſſum eſt.

Imago formam neceſſe eſt reddat cujus imago eſt.

Lib. 9. Dictorum intelligentia aut ex præpoſitis, aut ex conſequentibus expectetur.

Ieſus Chriſtus & homo & Deus eſt; neque cum homo, tum primum

Deus; neque cum homo, tum non etiam & Deus; neque poſt hominem in Deo non totus homo totus Deus.

Neſcit Deus aliud aliquando quàm dilectio eſſe, neque aliud quàm pater eſſe.

Immoderata eſt omnis ſuſceptarum voluntatum pertinacia, & indeflexo motu adverſandi ſtudium perſiſtit, ubi non rationi voluntas ſubjicitur; nec ſtudium doctrinæ impenditur; ſed his quæ volumus rationem congruimus, & his, quæ ſtudemus, doctrinam coaptamus. Lib. 10.

Inter veri aſſertionem & placiti defenſionem pertinax pugna eſt, dum ſe & veritas tenet, & tuetur voluntas.

Omne quod timetur, vitari neceſſe eſt, dum timetur.

Non prejudicatur Deo per infirmitatem noſtræ intelligentiæ. Lib. 12.

Scripturæ non in legendo ſunt, ſed in intelligendo. Ad Conſtantium Auguſtin.

Rachel Jacob uxor fuit diu ſterilis, ſed nullum ex his quos genuit amiſit. In Evãg. Matthæi. *Can.* 1.

Dignitas originis in operum conſiſtit exemplis. *Can.* 2.

Can 3. Tentatur ſtatim poſt baptiſmum Dominus, tentatione ſua indicans in ſanctificatis nobis maximè Diaboli tentamenta graſſari, quia victoria ei magis exoptata de ſanctis.

Omnis ſæculi honor, Diaboli negotium.

Can. 5. Optimum exemplo potius docere, quàm dictis.

Difficile quemquam præſtare quod exigat.

Can. 6. Regnum cœlorum ſola verborum officia non obtinent.

Can. 16. Contemptu univerſorum Chriſtus ſequendus eſt; & æternitas ſpiritualium, terrenorum eſt damno comparanda.

Can. 71. Docet Dominus & rebus & verbis.

Can. 18. Præeſſe Angelos abſoluta authoritas eſt.

Salvatorum per Chriſtum orationes Angeli quotidie Deo offerunt.

Periculosè ille contemnitur, cujus deſideria ac poſtulationes ad æternum & inviſibilem Deum ambitioſo Angelorum famulatu pervehuntur.

In Pſ. 2. Amari ſe, ſibique nos obſequi idcirco à nobis expetit *Deus*, ut digni beatitudinis ſuę ſic bonitatis munere

per meritum amoris ſui & obſequij judicemur.

Hominis geſtorum pœnitentia modus eſt gerendorum.

Quid tam intolerabile, quàm ut indigenti ita beneficium tribuas ut magis egeat & miſeriam inopis opem laturus accumules? *In Pſ. 14.*

Sive injuriam, ſive beneficium cum pauperi præſtas, Chriſto præſtare te noſce. *In Pſ. 52.*

Impius timor eſt, cum quæ non timenda ſunt, timentur; & quæ timenda ſunt non timentur.

Deſpiciuntur orationes leves, diffidentes, inutiles, ſœculi curis anxię, & rerum corporalium dederiis implicatæ, bonorum operum fructibus infœcundę. *In Pſ. 54.*

Spem oportet non ex inani eſſe præſumptam. *In Pſ. 64.*

Plures ſuperbiâ, quâ humana contemnunt, etiam Deo obſequi ſpernũt *In Pſ. 118.*

In omni vitæ noſtræ genere, memoria nobis divini judicij inſerenda & continenda eſt, ut cum aliquid agimus, reſidente in nobis judicij memoria, vel nunquam potius abeunte, præceptis Dei opera noſtra famulentur.

Sanctus quiſque cum cæditur, non humilitatis ſuæ qui læſus eſt, ſed inſolentiam ejus qui cædit miſeretur, ut à væſano filio pater, ut ab amente ægroto medicus contumeliam paſſus.

Renuntiandum eſt ſæculo, omnibuſque rebus ejus, ut nobis Deus portior ſit.

In Pſ 127. Diſcendus Dei timor eſt, quia docetur.

Nullum fidei meritum in timore eſt, qui ex terrore credentium commovetur.

Nobis timor Domini omnis in amore eſt, metumque ejus dilectio perfecta conſummat.

Timoris teſtimonium eſt obſequela

Timor *Dei* non in metu, ſed in obedientia eſt.

In Pſ. 128. Non ocioſa ætas Religioſi viri eſt, neque quietam exigit vitam.

In Pſ. 134. Soli Deo congruit omnia facere quæ velit.

In Pſ. 135. Confeſſio erroris profeſſio eſt deſinendi.

Deſinendum a peccato, ob quod peccati cœpta confeſſio eſt.

Confitendum ſemper eſt, non quod

quod peccandum ſemper ſit ut ſemper ſit confitendum : ſed quia peccati veteris & antiqui utilis ſit indefeſſa confeſſio.

Extra veniam eſt, qui peccatum agnovit, nec cognitum confitetur.

Affectus humani ſenſus ille eſt, ut inter injurias præſentium calamitatum, ad prœteritorum bonorum recordationem ingemiſcat. *In Pſ.* 136.

Confeſſio peccati eſt profeſſio deſinendi. *In Pſ.* 137.

Eſt religioſum odium, quoties is nobis odio eſt, qui Deum odit. *In Pſ.* 138.

Inimicos quidem noſtros amare præcipimur, ſed noſtros, non & Dei. Nam juxta Deum & patrem & matrem & conjugem & filios & fratres odiſſe devotum eſt.

Periculoſus linguæ & promptiſſimus lapſus eſt. *In Pſ.* 140,

Qui oratur ut exaudiat, præſens neceſſe eſt eſſe credatur. Qui autem præſens exiſtimatur, non abſentis diſſimulatione ſed præſentis honore reverendus eſt. *In Pſ.* 141,

S. AMBROSII FLOSCVLI.

AREOLA IV.

Mexameron. l.1. cap. 4. NIſi quis timuerit Deum, non poteſt renunciare peccato.

Verno tempore filij Iſraël Ægyptum reliquerunt, & mare tranſierunt. Et eo tempore Domini quotannis Jeſu Chriſti Paſcha celebratur.

Dum opus videtur, præfertur operator.

Cap. 6. Omne quod in contrarium cogitur, non naturæ ſerviens, ſed neceſſitati, citò ſoluitur, & in ea ſcinditur, ex quibus videtur eſſe compoſitum, in ſuam quamque regionem ſingulis recurrentibus.

Nobis ſatis eſt ad ſalutem non diſputationum controverſia, ſed præceptorum veritas, nec argumentationis aſtutia ſed fides mentis.

Cap. 7. Suſcitaturus Lazarum Dominus,

juſſit ut Judæi removerent lapidem de ſupulcro, ut mortuum videntes poſtea reſuſcitatum crederent.

Senectus ipſa in bonis moribus dulcior, in conſilijs utilior, ad conſtantiam ſubeundæ mortis paratior, ad reprimendas libidines fortior. Cap. 8.

Infirmitas corporis ſobrietas mentis eſt.

Quod poſſumus non facere, ſi volumus, hujus electionem mali nobis potius debemus quã aliis aſcribere.

Mala non ſunt niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant.

Jure uſurpat dare legem naturę, qui originem dedit. L. 2. cap. 2.

Ea quæ ſunt aliena à ſtudio noſtro, & à divinæ lectionis fine, iis qui foris ſunt relinquamus. Nos inhęreamus ſcripturarum celeſtium magiſterio,

Ignis omnis conſumptor humoris eſt. Cap. 3.

Illa eſt vera pulcritudo & in ſingulis membris eſſe quod deceat, & in toto, ut in ſingulis gratia, in omnibus formæ convenientis plenitudo laudetur. Cap. 5.

L.3.c.1. Non mediocris pudor eſt imperio Dei elementa inſenſibilia parere, & homines non obedire quibus ſenſus ab ipſo tributus eſt authore.

Deus quod jubet facit.

Cap.7. Prius peccori pabulum, quàm cibus homini eſt creatus.

Cap.10 Quod ſeminat Chriſtus regnum eſt Dei; quod ſeminat Diabolus, peccatum eſt.

Irrutiles ô homo licet aut ſplendore nobilitatis, aut faſtigio poteſtatis, aut fulgore virtutis, ſemper tibi ſpina proxima eſt.

Cap.13. Suavis eſt virtutis fructus.

Bona Chriſti vincula, quæ nocere non ſoleant, vincula gratiæ, vincula charitatis.

Nemo poſitus vel in adoleſcentiæ vel intemperantiæ paſſionum lubrico, de ſui converſione deſperet.

Ubi teneri fructus, ibi craſſiora tegmina & munimenta foliorum ubi fructus validiores, ibi teneriora folia.

l.4.cap.1. Antiquior rubus quàm ſol, antiquior herba quàm luna.

Cap.4. Paulum cæcitas convertit ad gratiam.

Ubi directa neceſſitas, ibi inhonorata induſtria.

Confeſſus in fluctibus, Petrus negavit in terris. *l. 5 cap. 11.*

Eſt bonus viator, qui diſpendium regreſſionis reliqui itineris compendioſa celeritate compenſet. *Cap 12.*

Ipſa laboris functio, quæ non eſt voluntaria, citò locum relinquit incuriæ. *Cap. 15.*

Neceſſitas quæ invito imponit obſequium, affert plerumque faſtidiũ.

Nihil eſt tam facile, quin habeat difficultatem, quod facias invitus.

Quem invenias hominũ qui ſponte deponat imperium, & ducatus ſui cedat inſigne?

Plures indigentia cogit in flagitium, impellit in crimen. *Cap. 17.*

De divina miſeratione tunc ſperandum amplius eſt, cùm præſidia humana defuerint.

Nunquid natura diviſit merita filiorum? Ex pari omnibus tribuit, quod ad naſcendi atque vivendi poſſint habere ſubſtantiam; ipſa vos doceat non diſcernere patrimonio, quos titulo germanitatis æquaſtis. Etenim quibus dediſtis communi- *Cap 18.*

ter eſſe quod nati ſunt, non debetis his, ut id communiter habeant, in quod à natura ſubſtituti ſunt, invidere.

Cap. 20 Apes illæ quæ non obtemperaverint legibus Regis, pœnitenti condemnatione ſe mulctant, ut immoriantur aculei ſui vulneri. Quod Perſarum populi hodieque ſervare dicuntur, ut pro commiſſi precio ipſi in ſe propriæ mortis exequantur ſententiam.

L. 6. cap. 4. Validius eſt naturæ teſtimonium quàm doctrinæ argumentum.

Cap. 6. Mirabilis natura in maximis, mirabilis etiam in minimis.

Formidabilis tauris Elephantus murem timet.

Attende tibi, ut conſideres quid in te intret, quid ex te exeat. De cogitatione dico, de ſermone aſſero.

Attende tibi dives, quia & tu carnem portas, ſicut pauper. Attende tibi pauper, quia anima tua precioſa eſt. Et ſi tibi deeſt pecunia, non deeſt gratia. Et ſi non eſt domus ampla, non diffuſa poſſeſſio, cœlum patet.

Domus Dei diviti eſt communis & pauperi,

Attende tibi pauper, attende divites, quia in paupertate & divitiis tentamenta ſunt.

Manus eſt quæ operatur pariter atque diſpenſat divina myſteria.

Anima in ſuo corpore ubique tota viget, vivificans illud, movens & gubernans. Nec enim in majoribus corporis ſui membris major, & in minoribus minor, ſed in minimis tota, & in maximis tota. *L. de Dignitate cõditionis humanæ. cap. 2.*

Sicut ex Patre generatur Filius, & ex Patre Filioque procedit Spiritus ſanctus: ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his item ambobus procedit memoria.

Sicut non poteſt eſſe momentum, quo homo non utatur vel fruatur Dei bonitate & miſericordia: ita nullum debet eſſe momentum quo preſentẽ eum non habeat memoria.

Anima nominatur totus interior homo.

Mens ſcire gignit & amat ſcire quod ſcit.

Amor non minus quàm inter duos eſt, amantem, & quod amatur.

Creatura non ſolum quod eſt, ſed etiam quod talis eſt, ab alio eſt, non à ſe.

De Paradiſo. l. cap. 2 In ſcripturis divinis non facile reprehendamus aliquid quod intelligere non poſſumus.

Malum diſcerni non poteſt, niſi per ſcientiam boni.

Eſt quod ſingulis noceat, in commune proſit.

Qua fraude *Diabolus* tentaverit primum hominem, quidve in homine putaverit eſſe tentandum, quo ordine, qua arte, cognoſcere opus eſt, ut cavere poſſimus.

Cap. 4. Poſitus eſt in Paradiſo vir, facta eſt in Paradiſo mulier.

Cap. 6. Unuſquiſque vult vitare quod metuit.

Cap. 7. Gravat ſcire quod vel exequi vel vitare non velis & non poſſis.

Non eſt cognitio bona, niſi ea utaris ut oportet.

Pulcritudo ipſa & gratior corporis forma frequenter in vitium quàm deformitas trahit.

Cap. 9. Bona vita eorum qui Deo vivunt; mala vita eorum qui peccato vivunt.

Nec Caïn parricidij reum prius quam generaret filios paſſus eſt *Deus* interire.

Mali

Mali ſæpe nobis poteſt prodeſſe cognitio. *Cap.12.*

Veniabilis culpa, quam ſequitur profeſſio delictorum. *Cap.14*

Senſus menti transfundit, quam acceperit paſſionem. *Cap.15.*

Delectatio prima eſt origo peccati.

Delectatio ſenſum, ſenſus autem mentem captivam facere conſuevit.

Delectatio ſenſum, ſenſus autem mentem captivam facere conſuevit.

Multi propter nimias iniquitates non ſuſcipiunt peccati conſcientiam.

Compugnantibus hoſpitium unum perpetuò eſſe non poteſt. *De Abel & Cain.l.1.cap 1.*

Præſtantior qui paucorum ſimilis fuerit, quàm plurimorum. *Cap. 2.*

Avaritia omnibus invida, ſibi vilis, in ſummis divitijs inops, affectu extenuat quod cenſu abundat. *Cap. 5.*

Eſto pauper ſpiritu, & eris dives qualicumque cenſu.

Difficiliùs quiſpiam ſe, quàm alterum regit. *Cap. 6.*

Sacrificium celeritate commendatur & gratia. *Cap. 7.*

Votum eſt poſtulatio bonorum à Deo, cum ſolvendi muneris pro-

miſſione. Et ideo cum impetraveris quod petiſti, ingrati eſt tardare promiſſum.

Cap. 8. Nihil imperfectum da Deus.

Prima vioi gratia eſt celeritas ſolutionis.

Continua eſſe *debet* & perpetua devotio.

Grave, in oratione contrahere peccatum, ubi ſperas remedium.

Apud Deum loquuntur, non verba, ſed cogitationes.

Si pro te roges tantùm, ſolus pro te rogabis: ſi autem pro omnibus roges, omnes pro te rogabunt, ſi quidem & tu in omnibus es.

Quia ſinguli orant pro omnibus, etiam omnes orant pro ſingulis.

Cap. 10. Non totum exigit à te Deus, qui totum donavit.

l. 2. cap. 1. Tantum valet inſtitutio, ut vincat naturam.

Cap. 2. Nulla ſine labore virtus eſt quia labor proceſſus virtutis eſt.

Feſtus dies Domini eſt, ubi perfectarum virtutum gratia eſt.

Cap. 3. Nemo invidere debet alteri laudem, quæ ſibi proſit.

Cap. 5. Tunc debet eſſe intentio ad pre-

candum robuſtior, cum urgemur adverſis.

Si quis debitum ſolvat, & in referendo injuriam faciat creditori, intolerabilius eſt utique, quàm non reddidiſſe quod debebat.

Erubeſcere debemus non defendere peccatum, quoniam pudore culpa minuitur, defenſione cumulatur. Cap. 7.

Impietas mater quædam eſt delictorum, & qui graviora peccaverit, in cætera facile prolabitur

Quomodo poteſt ab humanis temperare, qui divina violavit, & hominibus bonus eſſe, qui Deum læſit?

Atrociorem ſcelerum reatum vitia reliqua ſequuntur.

Confeſſio pœnarum compendum eſt. Cap. 9.

Pœnitentiæ portio crimen fateri, nec declinare culpam, ſed recognoſcere.

Vulnus augetur, ubi medicina defuerit.

Evidens generaliſque notio, quia omni improbo mala ad ſunt, & affutura ſunt. Quę adſunt, triſtitiam operantur; quæ futura, formidi-

nem. Sed improbum plus præſentia quàm futura ſollicitant.

Cap.10. Si docentes moriuntur, qui gradum à peccatis revocare noluerint vel inviti, tamen finem non naturæ, ſed culpæ adipiſcuntur, ne plura delinquant, quibus vita fœnus eſt delictorum.

De Noe & Arca.l.c.2. Boni cuſtodis præſentia ibi frequentior, ubi muri fragiliores.

Cap.10. Nemo gravius moritur, quàm qui qui peccato vivit.

Cap.11. Multi hominibus juſti videntur, pauci Deo: aliter hominibus, aliter Deo: hominibus ſecundum vitæ ſpeciem, Deo ſecundum puritatem animi, virtutis veritatem.

Cap.12 Natura hominis contrariorum capax eſt, ut & malitiæ in ea ſit vis, & virtutis ingreſſus.

Cap.13. Omne, quod purgatur ſpeciem amittit, ſubſtantiam ſuam ſervat, atque meliorat.

Cap.16 Nulla mens eſt, nulla anima, quæ non recipiat malarum motus agreſtes cogitationum.

Cap.17 Principium medicinæ eſt cauſas languoris incidere, ne diutius ea quæ nocent, ad incrementum ægritudinis miniſtrentur.

Creſcit cum ætatibus culpa. *Cap.22*

Quiſquis diligens virtutum eſt, cibos ablegat & rejicit corporales, niſi quantum ſcit ſatis eſſe naturæ.

Omnis improbus, quoniam ipſe devius diſciplinæ eſt, aliorum lapſus non ſolum pro ſui erroris ſolatio accipit quod conſortes invenerit culpæ; verùm etiam improbo lætatur affectu, tanquam ſua ipſe dicta correxerit. *Cap.30.*

Offendit plerumque virum, ſi ſe uxor nobiliorem invenerit. *De Abrahā*

Major lex naturæ, legum præſcripto eſt. *l.1. cap. 2.*

Non eſt ſerus ad remunerandum Dominus. *Cap. 3.*

Nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab uxore debetur caſtimonia. *Cap.4.*

Circumciſio corporalis ſignum circumciſionis eſt ſpiritalis.

Nec poteſt mare quiſquam navigare intrepidus, niſi qui ante in fluminibus navigaverit.

Quæ ſobrij cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. *Cap. 6.*

Nulli licet ſcire mulierem, præter uxorem. *Cap. 7.*

Tolerabilior eſt ſi lateat culpa, quàm ſi culpæ vſurpetur authoritas.

Eos plus amare filios ſolent, quos matres lactaverint uberibus ſuis.

Proſperitatem citò ſequitur invidia.

cap. 8. Aliter Deus tentat, aliter Diabolus; Diabolus tentat, ut ſubruat; Deus tentat ut coronet Denique probatos ſibi tentat.

Cap. 9. Sœpe illecebra mulieris decepit etiam fortiores maritos, & à Religione fecit diſcedere.

Duobus *Eccleſia* ſtipatur fluminibus, lavacro Gratiæ, & fletu Pœnitentiæ.

Expetita magis debet videri à viro *mulier*, quàm ipſa virum expetiſſe.

l. 2. cap. 1. Cognati ſunt animę noſtræ corporis ſenſus.

Cap. 3. Neque ſine dote naturæ exercitatio ipſa per ſe perfectionem conferre poteſt; & naturæ gratia deſtituitur, ſi deſit exercitatio.

Cap. 4. Stimulus mentis caro noſtra eſt.

Cap. 5. Hoc eſt eſſe divitem, quod ſatis voluntati ſit.

Cap. 8. Odor & guſtus quędam magis alimenta ſunt corporis, quibus hujus

carnis malitia ſubſiſtit. Viſus verò & auditus mentem adjuvant.

Diu vivere commune ſapientibus atque inſipientibus eſt. Bene autem vivere ſpeciale ſapientis eſt. Cap. 9.

Juſtitia ſola eſt, quæ virtutes omnes complectitur, & commendat omnes. Cap. 10.

Nullum tempus vacuum debet eſſe tutelæ, quia nullum eſt culpæ vacuum. Cap. 11.

Præſidet unuſquiſque ſibi poteſtate regali, ſi coërceat in ſe corporis luxus, & ſervituti redigat carnem ſuam. De Iſaac & Anima.

Lectus Sanctorum Chriſtus eſt, in quo univerſorum feſſa ſæcularibus prœlijs corda requieſcunt. Sap. 4. Cap. 5.

Mortis tria ſunt genera, una mors peccati eſt de qua ſcriptum eſt: *Anima quæ peccat, ipſa morietur.* Alia mors eſt myſtica, quando quis peccato moritur & Deo vivit: de qua ait Apoſtolus: *Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem.* Tertia mors eſt, qua curſum vitæ hujus & munus explemus, ideſt animæ corporiſque ſeceſſio. Advertimus igitur, quod una mors l. de bono mortis. Cap. 2. Ezech. 18. Rom. 6.

ſit mala, ſi propter peccatum moriamur; alia mors bona ſit, qua is qui fuerit mortuus juſtificatus eſt à peccato; Tertia mors media ſit, nam & bona juſtis videtur, & pleriſque metuenda, quæ cum abſolvat omnes, paucos delectat.

Nullus dies ſine noſtro peccato præterit.

Nonne unuſquiſque in hac vita poſitus ſpeciem mortis imitatur, qui poteſt ita ſe agere, ut ei moriantur omnes corporis delectationes, & cupiditatibus omnibus mundique illecebris etiam ipſe moriatur, ſicuti mortuus erat Paulus dicens: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.*

Qui habuerit in ſe mortem Jeſu, is & vitam Jeſu in corpore ſuo habebit.

In noctibus ſincerius cogitamus & tunc melius, quæ movent, corde meditamur.

Cap. 4. Non nomen te mortis offendat, ſed boni tranſitus beneficia delectent.

Quid de bono mortis plenius poſſumus dicere, quam quod mors eſt quæ Mundum redemit?

Virtutibus imago Dei acquiritur. *Cap. 5.*

Omne iter vitæ noſtræ plenum laqueorum eſt. *Cap. 6.*

In ipſo hoc corpore noſtro laquei circumfuſi nobis ſunt, quos debemus vitare. *Cap. 7.*

Anima vitam corpori tradit: Caro autem mortem animæ transfundit.

Anima eſt quæ utitur, corpus quod uſui eſt. Ac per hoc aliud quod in imperio, aliud quod in miniſterio, aliud quod ſumus, aliud quod noſtrum eſt.

Si quis animæ pulcritudinem diligit nos diligit: ſi quis corporis decorem diligit, non ipſum hominem, ſed carnis diligit pulcritudinem.

Gravius eſt ad peccatum vivere, quam in peccato mori: quia impius; quamdiu vivit peccatum auget; ſi moriatur, peccare deſinit.

Non mors ipſa terribilis eſt, ſed opinio de morte, quam unuſquiſque pro ſuo interpretatur affectu, aut pro ſua conſcientia perhorreſcit. *Cap. 8.*

Non mors gravis, ſed metus mortis: metus opinionis eſt, opinio verò noſtræ infirmitatis, contraria veritati.

Mortis metus non ad mortem referendus eſt, ſed ad vitam. Non enim habemus, quod in morte metuamus, ſi nihil quod timendum ſit, vita noſtra commiſit.

Patientius deficit, qui præſumpta morte defecit, quàm qui inopinata.

Cap. 9. De Iacob & vita beata. l. 1. cap. 3. Errat oculus, ubi errat affectus.

Non habent crimen, quæ inferuntur reluctantibus.

Affectus, non caro, author eſt culpæ; caro autem voluntatis miniſtra.

Creſcit culpa, cum proditur, nec

Cap. 4. cavetur.

Cap. 6. Fructuoſior culpa quàm innocentia.

Suſcipe paſſiones *Chriſti*, ut ſupra paſſiones cum eodem eſſe merearis.

Si metus eſt ne judex ſeverior ſit, conſidera quem judicem habeas. Nempe Chriſto dedit Pater omne judicium. Poterit te ergo ille domnare quem redemit à morte, pro quo ſe obtulit, cujus vitam ſuæ mortis mercedem eſſe cognoſcit? Nonne dicet: Quæ utilitas in ſanguine meo, ſi damno quem ipſe ſalvavi? Deinde conſideras Judicem, non conſideras Advocatum? Po-

teſt ille ſæviorem ferre ſententiam, qui interpellare non deſinit, ut paternæ reconciliationis in nos conferatur gratia.

Eadem foveat prolem menſura pietatis. Eſto tamen ut aliquid ſibi amplius circa blandiorem aut ſimiliorem rapiat affectu, par debet circa omne eſſe forma juſtitiæ. Plus confertur dilecto cui fratrum amor quæritur; Plus autem adimitur, qui prælationis injuſtæ oneratur invidia. Mater deferat affectum, pater judicium. Mater circa juniorem tenera pietate propendeat, pater circa ſeniorem naturæ honorificentiam ſervet. Hic magis honoret, illa plus diligat. Dum ſinguli ſingulos foveant, non in unum uterque conſpiret, de fraudent alterum, fiat æquitas inter diverſa certamina, & diſparibus ſtudiis par utrique ac æqualis parentum amor & gratia conferatur, compenſet alter, quod alter imminuit. *l. 2, cap. 1.*

Grande eſt aliquem intra ſe tranquillum eſſe. *Cap, 5.*

Plus eſt clauſo intra te hoſti reſiſtere, quàm remoto.

Cap. 8. Beatus quidem & juvenis, qui bene vivit, ſed magis beatus eſt ſenex, qui bene vixit.

Cap. 10. Senectus debet eſſe non vitæ ſuperioris naufragium.

De fuga ſæculi. cap. 1. Qui ſalvus eſſe vult, ſupra mundum aſcendat, fugiat hunc mundũ.

cap. 4. Glorioſa hæc fuga eſt fugere à facie peccati.

Citò malis ducibus erratur.

De Ioſeph Patriarcha. l. cap. 1. Sanctorum vita cæteris norma vivendi eſt.

cap. 2. Amare liberos dulce; & impenſiùs amare prædulce; ſed frequenter amor ipſe patrius, niſi moderationem quandam teneat, nocet liberis, ſi aut nimia indulgentia dilectum reſolvat, aut prælatio unius cæteros ab affectu germanitatis avertat.

Jungat liberos æqualis gratia, quos junxit æqualis natura.

cap. 3. Religioſiori precioſior eſt Deus, peccatori precioſior eſt Redemptor.

cap. 4. Nullus cibus ſcientia & doctrina dulcior.

Servile eſt omne peccatum, libera eſt innocentia.

Ille in quavis conditione ſervitij

ſemper liber, qui mundi amore non capitur, avaritiæ vinculis non tenetur, metu criminis non alligatur, qui ſecurus ſpectat pręſentia, quem futura non terrent.

Diſcant viri cavere etiam oculos fœminarum. Adamantur enim & qui nolunt adamari. *Cap. 5.*

Qui non capitur oculis, poteſt verbis reſiſtere.

Bonum munus pudicitia, ſed minoris meriti cum periculum abeſt. Ubi verò etiam ſatis periculo defenditur, ibi plenius coronatur.

Ibi eſt plus auxilij, ubi eſt plus periculi.

Quò non penetrat divina miſericordia!

Citò beneficij irrepit oblivio ſecundis rebus. *Cap. 6.*

Id precium debes, quo redemptus es. *Cap. 7.*

Suum eſt, quod à te Chriſtus repoſcit.

Morale eſt, ut quos diligimus eos videamus præ cæteris. *Cap. 10.*

Major in juvene quàm in ſene laus caſtitatis eſt.

Adoleſcentes magis metu quàm

ratione revocantur à vitio.

Cap.11. Natura opus eſt creatoris; Gratia munus eſt Redemptoris.

Etſi non poſſumus videre dona Chriſti, ille donat omnibus: ſed ſervare paucorum eſt, & non amittere. Non omnibus tamen donat omnia.

Cap.13. Primum & maximum fidei fundamentum in Reſurrectionem Chriſti credere.

Cap.14 Fides præcedit devotionem.

Non poſſumus Deo vivere, niſi peccato ante moriamur.

Interpres Divinitatis eſt Chriſtus.

Geſta Patriarcharum, futurorum myſteria ſunt.

De benedictionibus Patriarcharum. l. cap. 1. Honoret pius Patrem propter gratiam, ingratus propter timorem. Et ſi pauper eſt, & non habet divitiarũ copias, quas relinquat filijs, habet tamen ultimæ benedictionis hæreditatem, qua ſanctificationis opes ſucceſſoribus largiatur.

Cap.12. Plurimos lupos habet Diabolus, quos ad Chriſti oves dirigit.

Nulli magis quàm ſapientes & Sacerdotes debent caſtimoniam vendicare.

Quod eſt ſui natura bonum, fit uſu malum. *De Arbore interdicta*

Vertitur in perniciem bona Dei creatura, ex prava utentis menſura. *Enarratio. c. 2. cap. 3*

Medicorum artis eſt, ut eis quos viderint nimia ægritudine laborare, ea prohibeant, quæ pernicioſa ſaluti aut periculoſa ſunt.

Vaſe fœtido vel oleum vel vinum facile corrumpitur, ac deterioratur. *In c. 10. Levit.*

Sæpè etiam & in vindicando majus peccatum judicij eſt, quàm peccati ipſius, de quo fuerit judicatum. *Poſterior Apologia David. Cap. 2.*

Bona charitatis vulnera. Hæc vulnera non metuenda ſunt, ſed optanda.

Gravis verecundia, pudorque delicti, ab inferiore reprehendi.

Adam in ſingulis nobis eſt.

Quid eſt jejunium, niſi vitę imago cœleſtis? *L. de Elia & iejunio. Cap. 3.*

Jejunium vita eſt Angelorum; fundamentum eſt caſtitatis.

Jejunium refectio animæ, cibus mentis eſt.

Cujus pudorem non læſit ebrietas. *Cap. 8.*

Jejunium continentię magiſterium eſt, pudicitiæ diſciplina.

Quanto avidior appetentia, tanto eſca jucundior. *Cap. 9.*

Index facies plerumque eſt conſcientiæ, & quidam tacitus ſermo mentis.

Nemo in jejunio culpam includat.

Cap. 11. Fiunt ebrietate divites, qui ſunt in veritate inopes. Uno die bibunt multorum dierum labores.

Cap. 17. Quis inter cyathos texit, quod latere cupiebat.

Cap. 20. Qui delicta non erubeſcunt, erubeſcunt vel nomina delictorum.

Cap. 22. Omne tempus opportunum eſt ad indulgentiam.

Dum differs gratiam, mors appropinquat.

L. de Nabuthe Iſrael. ta. Cap. 1. Nabuthe hiſtoria tempore vetus eſt, uſu quotidiana.

Non unus Achab natus eſt, ſed quod pejus eſt, quotidie Achab naſcitur, & nunquam huic ſæculo moritur. Si unus occidat, aſſurgunt plurimi. Non unus Nabuthe occiſus eſt pauper; quotidie Nabuthe ſternitur, quotidie pauper occiditur.

Neſcit natura divites, quæ omnes pauperes generat. Neque enim cum veſtimentis, nec cum auro argentoque generamur. Nudos fudit in lucem egentes cibo, amictu, poculo.

Cum

Cumdivite plura pereunt.

Comperi etiam viri fidem, ſi quando ei ovum eſſet appoſitum, queri quod pullus eſſet occiſus. Cap. 4.

Delectant & vulnera, ut aurum auribus inſeratur, & margaritæ dependeant. Cap. 5.

Sudatur in gemmis, algetur in ſericis.

Quæ natura averſatur, commendat avaritia. Cap. 6.

Quàm miſera ſervitus, ſervire peccatis! Cap. 7.

Eſto ſpiritalis agricola, ſere quod tibi proſit.

Pecunia hîc relinquitur, gratia operum bonorum nobiſcum ad judicem meriti defertur. Cap. 8.

Non requiras quid unuſquiſque mereatur: miſericordia non de meritis judicare conſuevit, ſed neceſſitatibus ſubvenire, juvare pauperem, non examinare juſtitiam.

Periculoſa eſt de alterius ſalute dilatio.

Quomodo vis dives, ut Deus te exaudiat, cum tu Deum non putes audiendum. Cap. 10.

Captiva eſt opulentia, paupertas libera. Cap. 12.

ſit mala, ſi propter peccatum moriamur; alia mors bona ſit, qua is qui fuerit mortuus juſtificatus eſt à peccato; Tertia mors media ſit, nam & bona juſtis videtur, & pleriſque metuenda, quæ cum abſoluat omnes, paucos delectat.

Nullus dies ſine noſtro peccato præterit.

Nonne unuſquiſque in hac vita poſitus ſpeciem mortis imitatur, qui poteſt ita ſe agere, ut ei moriantur omnes corporis delectationes, & cupiditatibus omnibus mundique illecebris etiam ipſe moriatur, ſicuti mortuus erat Paulus dicens: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.*

Qui habuerit in ſe mortem Jeſu, is & vitam Jeſu in corpore ſuo habebit.

In noctibus ſincerius cogitamus & tunc melius, quæ movent, corde meditamur.

Cap. 4. Non nomen te mortis offendat, ſed boni tranſitus beneficia delectent.

Quid de bono mortis plenius poſſumus dicere, quam quod mors eſt quæ Mundum redemit?

Virtutibus imago Dei acquiritur. *Cap. 5.*

Omne iter vitæ noſtræ plenum laqueorum eſt. *Cap. 6.*

In ipſo hoc corpore noſtro laquei circumfuſi nobis ſunt, quos debemus vitare. *Cap. 7.*

Anima vitam corpori tradit: Caro autem mortem animæ transfundit.

Anima eſt quæ utitur, corpus quod uſui eſt. Ac per hoc aliud quod in imperio, aliud quod in miniſterio, aliud quod ſumus, aliud quod noſtrum eſt.

Si quis animæ pulcritudinem diligit nos diligit: ſi quis corporis decorem diligit, non ipſum hominem, ſed carnis diligit pulcritudinem.

Gravius eſt ad peccatum vivere, quam in peccato mori: quia impius; quamdiu vivit peccatum auget; ſi moriatur, peccare deſinit.

Non mors ipſa terribilis eſt, ſed opinio de morte, quam unuſquiſque pro ſuo interpretatur affectu, aut pro ſua conſcientia perhorreſcit. *Cap. 8.*

Non mors gravis, ſed metus mortis: metus opinionis eſt, opinio verò noſtræ infirmitatis, contraria veritati.

Mortis metus non ad mortem referendus eſt, ſed ad vitam. Non enim habemus, quod in morte metuamus, ſi nihil quod timendum ſit, vita noſtra commiſit.

Patientius deficit, qui præſumpta morte defecit, quàm qui inopinata.

Cap. 9. Errat oculus, ubi errat affectus.

De Iacob & vita beata. l.1. cap. 3. Non habent crimen, quæ inferuntur reluctantibus.

Affectus, non caro, author eſt culpæ; caro autem voluntatis miniſtra.

Cap. 4. Creſcit culpa, cum proditur, nec cavetur.

Cap. 6. Fructuoſior culpa quàm innocentia.

Suſcipe paſſiones *Chriſti*, ut ſupra paſſiones cum eodem eſſe merearis.

Si metus eſt ne judex ſeverior ſit, conſidera quem judicem habeas. Nempe Chriſto dedit Pater omne judicium. Poterit te ergo ille domnare quem redemit à morte, pro quo ſe obtulit, cujus vitam ſuæ mortis mercedem eſſe cognoſcit? Nonne dicet: Quæ utilitas in ſanguine meo, ſi damno quem ipſe ſalvavi? Deinde conſideras Judicem, non conſideras Advocatum? Po-

teſt ille ſæviorem ferre ſententiam, qui interpellare non deſinit, ut paternæ reconciliationis in nos conferatur gratia.

Eadem foveat prolem menſura pietatis. Eſto tamen ut aliquid ſibi amplius circa blandiorem aut ſimiliorem rapiat affectu, par debet circa omne eſſe forma juſtitiæ. Plus confertur dilecto cui fratrum amor quæritur; Plus autem adimitur, qui prælationis injuſtæ oneratur invidia. Mater deferat affectum, pater judicium. Mater circa juniorem tenera pietate propendeat, pater circa ſeniorem naturæ honorificentiam ſervet. Hic magis honoret, illa plus diligat. Dum ſinguli ſingulos foveant, non in unum uterque conſpiret, de fraudent alterum, fiat æquitas inter diverſa certamina, & diſparibus ſtudiis par utrique ac æqualis parentum amor & gratia conferatur, compenſet alter, quod alter imminuit. l. 1. cap. 1.

Grande eſt aliquem intra ſe tranquillum eſſe. Cap. 5.

Plus eſt clauſo intra te hoſti reſiſtere, quàm remoto.

Cap. 8. Beatus quidem & juvenis, qui bene vivit, ſed magis beatus eſt ſenex, qui bene vixit.

Cap. 10. Senectus debet eſſe non vitæ ſuperioris naufragium.

De fuga ſaeculi. cap. 1. Qui ſalvus eſſe vult, ſupra mundum aſcendat, fugiat hunc mundũ.

cap. 4. Glorioſa hæc fuga eſt fugere à facie peccati.

Citò malis ducibus erratur.

De Ioſeph Patriarcha. l. cap. 1. Sanctorum vita cæteris norma vivendi eſt.

cap. 2. Amare liberos dulce; & impenſiùs amare prædulce; ſed frequenter amor ipſe patrius, niſi moderationem quandam teneat, nocet liberis, ſi aut nimia indulgentia dilectum reſolvat, aut prælatio unius cæteros ab affectu germanitatis avertat.

Jungat liberos æqualis gratia, quos junxit æqualis natura.

cap. 3. Religioſiori precioſior eſt Deus, peccatori precioſior eſt Redemptor.

cap. 4. Nullus cibus ſcientia & doctrina dulcior.

Servile eſt omne peccatum, libera eſt innocentia.

Ille in quavis conditione ſervitij

ſemper liber, qui mundi amore non capitur, avaritiæ vinculis non tenetur, metu criminis non alligatur, qui ſecurus ſpectat præſentia, quem futura non terrent.

Diſcant viri cavere etiam oculos fœminarum. Adamantur enim & qui nolunt adamari. *Cap. 5.*

Qui non capitur oculis, poteſt verbis reſiſtere.

Bonum munus pudicitia, ſed minoris meriti cum periculum abeſt. Ubi verò etiam ſatis periculo defenditur, ibi plenius coronatur.

Ibi eſt plus auxilij, ubi eſt plus periculi.

Quò non penetrat divina miſericordia!

Citò beneficij irrepit oblivio ſecundis rebus. *Cap. 6.*

Id precium debes, quo redemptus es. *Cap. 7.*

Suum eſt, quod à te Chriſtus repoſcit.

Morale eſt, ut quos diligimus eos videamus præ cæteris. *Cap. 10.*

Major in juvene quàm in ſene laus caſtitatis eſt.

Adoleſcentes magis metu quàm

ratione revocantur à vitio.

Cap.11. Natura opus eſt creatoris; Gratia munus eſt Redemptoris.

Etſi non poſſumus videre dona Chriſti, ille donat omnibus: ſed ſervare paucorum eſt, & non amittere. Non omnibus tamen donat omnia.

Cap.13. Primum & maximum fidei fundamentum in Reſurrectionem Chriſti credere.

Cap.14 Fides præcedit devotionem.

Non poſſumus Deo vivere, niſi peccato ante moriamur.

Interpres Divinitatis eſt Chriſtus.

Geſta Patriarcharum, futurorum myſteria ſunt.

De benedictionibus Patriarcharum. l. cap. 1. Honoret pius Patrem propter gratiam, ingratus propter timorem. Et ſi pauper eſt, & non habet divitiarũ copias, quas relinquat filijs, habet tamen ultimæ benedictionis hæreditatem, qua ſanctificationis opes ſucceſſoribus largiatur.

Cap.11. Plurimos lupos habet Diabolus, quos ad Chriſti oves dirigit.

Nulli magis quàm ſapientes & Sacerdotes debent caſtimoniam vendicare.

Quod eſt ſui natura bonum, fit uſu malum. *De Arbore interdicta*

Vertitur in perniciem bona Dei creatura, ex prava utentis menſura. *Enarratio. c. 2. cap. 3*

Medicorum artis eſt, ut eis quos viderint nimia ægritudine laborare, ea prohibeant, quæ pernicioſa ſaluti aut periculoſa ſunt.

Vaſe fœtido vel oleum vel vinum facile corrumpitur, ac deterioratur. *In c. 10. Levit.*

Sæpè etiam & in vindicando majus peccatum judicij eſt, quàm peccati ipſius, de quo fuerit judicatum. *Poſterior Apologia David. Cap. 2.*

Bona charitatis vulnera. Hæc vulnera non metuenda ſunt, ſed optanda.

Gravis verecundia, pudorque delicti, ab inferiore reprehendi.

Adam in ſingulis nobis eſt.

Quid eſt jejunium, niſi vitę imago cœleſtis? *L. de Elia & ieiunio. Cap. 3.*

Jejunium vita eſt Angelorum; fundamentum eſt caſtitatis.

Jejunium refectio animæ, cibus mentis eſt.

Cujus pudorem non læſit ebrietas. *Cap. 8.*

Jejunium continentię magiſterium eſt, pudicitiæ diſciplina.

Quanto avidior appetentia, tanto eſca jucundior. *Cap. 9.*

Index facies plerumque eſt conſcientiæ, & quidam tacitus ſermo mentis.

Nemo in jejunio culpam includat.

Cap. 12. Fiunt ebrietate divites, qui ſunt in veritate inopes. Uno die bibunt multorum dierum labores.

Cap. 17. Quis inter cyathos texit, quod latere cupiebat.

Cap. 20. Qui delicta non erubeſcunt, erubeſcunt vel nomina delictorum.

Cap. 22. Omne tempus opportunum eſt ad indulgentiam.

Dum differs gratiam, mors appropinquat.

L. de Nabuthe Iſrael.ta. Cap. 1. Nabuthe hiſtoria tempore vetus eſt, uſu quotidiana.

Non unus Achab natus eſt, ſed quod pejus eſt, quotidie Achab naſcitur, & nunquam huic ſæculo moritur. Si unus occidat, aſſurgunt plurimi. Non unus Nabuthe occiſus eſt pauper; quotidie Nabuthe ſternitur, quotidie pauper occiditur.

Neſcit natura divites, quæ omnes pauperes generat. Neque enim cum veſtimentis, nec cum auro argentoque generamur. Nudos fudit in lucem egentes cibo, amictu, poculo.

Cum

Cumdivite plura pereunt.

Comperi etiam viri fidem, ſi quando ei ovum eſſet appoſitum, queri quod pullus eſſet occiſus. *Cap. 4.*

Delectant & vulneta, ut aurum auribus inſeratur, & margaritæ dependeant. *Cap. 5.*

Sudatur in gemmis, algetur in ſericis.

Quæ natura averſatur, commendat avaritia. *Cap. 6.*

Quàm miſera ſervitus, ſervire peccatis! *Cap. 7.*

Eſto ſpiritalis agricola, ſere quod tibi proſit.

Pecunia hîc relinquitur, gratia operum bonorum nobiſcum ad judicem meriti defertur. *Cap. 8.*

Non requiras quid unuſquiſque mereatur: miſericordia non de meritis judicare conſuevit, ſed neceſſitatibus ſubvenire, juvare pauperem, non examinare juſtitiam.

Periculoſa eſt de alterius ſalute dilatio.

Quomodo vis dives, ut Deus te exaudiat, cum tu Deum non putes audiendum. *Cap. 10.*

Captiva eſt opulentia, paupertas libera. *Cap. 12.*

Puteus, ſi nihil haurias, inerti ocio & degeneri ſitu facile corrumpitur. Exercitatus autem niteſcit & dulceſcit ad potum.

Aqua ſtativa citò vermes facit.

Non de tuo largiris pauperi, ſed de ſuo reddis.

Cap. 13. Panem poſtulat homo, & equus tuus aurum ſub dentibus mandit.

Totius vitam populi poterat annuli tui gemma ſervare.

Cap. 14. Si vis dives eſſe, eſto pauper ſæculo, ut ſis dives Deo. Qui dives eſt in miſericordia, hic eſt dives Deo. Dives in ſimplicitate dives Deo eſt. Dives ſapientiæ & ſcientiæ, dives eſt Deo.

Quem ultorem timetis, facite vobis debitorem.

Serm. 4. *de Eliſeo Proph.* Divinus timor terrorem à nobis expellit hoſtilem.

L. de Tobia. Habet & aleâ ſuas leges, quas fori jura non ſolvant.

Cap. 11. *Cap.* 16. Non diſcutiatis quid mereantur inimici, ſed quid vos facere oporteat.

Bona inopia quæ argitur divitias.

Non peribit, quæ pauper acceperit.

Paupertas non habet crimen, nulla indigentiæ infamia eſt. Sed debere verecundum eſt, non reddere verecundius. *cap. 18.*

Nunquam malum malo corrigitur, neque vulnus curatur vulnere, ſed exaſperatur. *cap. 21.*

Quæ eſt tam præclara cujusquam vita, quæ adæquare cœleſtem gloriam poſſit? *De interpellatione Iob. l. 1.*

De Petro quid loquar, qui crucem ſuam futura retributione indignam arbitratus, inverſo ſuſpendi popoſcit veſtigio, ut aliquid ſuæ paſſioni adderet, cujus acervare ipſe ſibi ſupplicia non timeret? *cap. 1.*

Unum ſolatij genus eſt in ærumna & in amaritudine conſtitutis culpa vacare, ut ea quæ perpetiuntur adverſa, non delicti precio ſuſtinere videantur. *cap. 4.*

Caro navis eſt animæ.

Juſtus advertit magis fragilitatem ſuam, quàm injuſtus. *cap. 5* *cap. 6.*

Magna illecebra delinquendi eſt rerum affluentia ſæcularium; in ſuperbiam enim extollit, oblivionem authoris infundit. *L. 2. c. 5.*

Adverſa tolerare ſapienti virtu- *Serm.*

in c. 7. Iob. tis exercitium eſt; inſipienti prævaricationis eſt occaſio.

Præfat. in Pſalmos. In libro Pſalmorum profectus eſt omnium, & medicina quædam ſalutis humanæ. Quicumque legerit, habet quo propriæ vulnera paſſionis ſpeciali poſſit curare remedio.

Violentiora præcepta non permanent.

Quod cum ſuavitate perceperis, id infuſum ſemel præcordijs non conſuevit elabi.

Præfat. in Pſalmum. 1. Exordium proceſſionis ad virtutem eſt abſtinere à peccato.

In Pſal. Si cor ocioſum non ſit, non ſunt ocioſa tempora tua.

Grave & iniquum certamen adverſus delectatione præſentium.

Præfat. in Pſ. 35 Paradiſum nobis crux reddidit Chriſti.

Quanti priores in exitu cadunt, & curſus ſui celeritate fraudantur.

Non ſemel Athleta luctatur, nec ſemel præliatur miles ut ſtipendia ſua poſſit implere.

Non divitiæ accuſantur, ſed divitiæ peccatorum.

In Pſ. 39 Injuria eſt homini ſpectare flagitia; Deum arbitrium, omnium eſſe ſci-

mus, & eo ipſo teſte peccamus.

Diabolus ſonum quærit Chriſtus ſilentium. *In Pſ. 43.*

Omnes ædificat ſcriptura divina, in ea invenit unuſquiſque, quo aut vulnera ſua curet, aut merita confirmet. *In Pſ. 48.*

Hoc bonæ mentis eſt, vulnus ſentire peccati. Ubi enim doloris ſenſus, ibi etenim ſenſus eſt vitæ. *In Pſ. 50.*

Ante vita quàm doctrina quærenda eſt. Vita enim bona etiam ſine doctrina habet gratiam; doctrina ſine vita integritatem non habet. *In Octonarium 1. Pſ. 118.*

Hic verè peregrinus eſt in terra, qui ſanctorum eſt civis, & domeſticus Dei, & theſaurum condit in cælo.

Ille eſt in terra advena, qui poteſt dicere: Noſtra converſatio in cælis eſt: O qui ſuam habet in Domino portionem: qui poteſt dolore quod diutius vivat in terris, qui vitæ hujus longævitate laſſatur, cui proligitas habitationis hujus faſtidio ſit: qui diſſolui non timet, & ſi ſolvatur præſumit ſe cum Chriſto futurum. *In Octonar. 3.*

Cave ne Chriſto opprobrio ſis. Pudor ſuus accuſat authorem. *In Oct. 4.*

Citò refricatur vulnus, quod ſanatum medicinæ lege non fuerit: imò etiam ſeriorem curatio ſentit profectum.

Vanitas temporalium eſt, veritas æternorum.

In Oct. 7. Quiſquis meliora ſperat, nunquam levioribus frangitur.

Qui domeſticus Dei eſt, exul eſt mundo. Qui converſatur in cæleſtibus, peregrinus in terris.

In Oct. 10. Patientia humilitatis indicium eſt.

Doctrinam intellectus facit, non memoria.

Multis juſtus gravis eſt, cum videtur.

Pleriſque juſti aſpectus admonitio correctionis eſt, perfectioribus verò lætitia eſt.

Eſt inſitum bonis, ut caſtum pudicus, prudentem ſapiens affectu pio diligat, miſericors liberalem, & virtutes ſuas in alijs amet.

Qui videt juſtum & gaudet, etiam ipſe vult eſſe juſtus.

Quemadmodum juſtus lætificat cor innocentium, cum videtur; ita & improbi juſtorum cognitione torquentur, quia vel tacitis ſanctorum moribus arguuntur.

Inter multas Chriſti imagines ambulamus.

Non omnis paſſi digna conſolatione eſt; ſed quæ paſſio pro Chriſto eſt, hæc conſolationem Chriſti meretur.

Majorem Chriſto facit injuriam, qui advenientem repellit. *In Oct. 21.*

Prophetæ non ſemper prophetabant, ſed cum infunderet his gratiam ſpiritus prophetandi. Nec David præſcivit, quid annunciaret Nathan Propheta miſſus à Domino; & utique inferior Nathan cognovit, quod David præſtantior neſciebat. *2. Reg. 12.*

Non eſt cura ſanctis axem cæli & elementorum ſpatia philoſophico more numeroſque deſcribere: Quid enim hoc prodeſt ſaluti?

Subjectio mentium facit ſedulam ſervitutem.

Cædimus aërias poteſtates, ſi nos ipſos caſtigare noverimus.

Caſtigabat carnem ſuam Paulus, ut adverſarios verberaret; & ſervituti redigebat corpus ſuum, ut dominaretur inimicis. *1. Cor. 9.*

Æquitate Domini levatur injuria ſervitutis.

Plurimos ſupplantaverunt ſecundę res, quos acerba ſuplicia non fregerant.

Sit nobis quotidiana lectio pro exercitio, ut quæ legimus meditemur imitari.

Ungamus oleo lectionis noſtræ mentis lacertos.

Rarus eſt qui poteſt dicere Deo: tuus ſum. Ille enim dicit, qui adhæret Deo totis ſenſibus, qui aliud cogitare non novit.

Quid prodeſt miſereri inopis, niſi alimoniam eidem largiaris.

Chriſtiano etiam inimicos non licet non amare.

Qui diligit, ex voluntate facit quæ ſibi ſunt imperata; qui timet, ex neceſſitate.

Ipſi ſunt graviores inimici, qui ex amicis facti ſunt inimici.

Bona ebrietas quæ ad meliora atque jucunda facit quemdam mentis exceſſum, ut immemor ſollicitudinum animus noſter vino jucunditatis hilaretur.

In Oct. 14. Bona paſcua libri ſunt ſcripturarum cæleſtium, in quibus quotidiana lectione paſcimur.

Non

Non facile poteſt quiſquam humilitatem docere inflatus, quamvis ſit humana præditus ſuperbia.

Non capit laqueus, niſi ante eſca te ceperit. Eſca laquei avaritia eſt, eſca Diaboli luxuries, in quibus nos vult ineſcare, non paſcere.

Sæpe cognovimus, quoniam quem formidoloſa carnificum pompa non tenuit, non diviſi lateris ſulcus infregit, nec ardentes laminæ à triumphalis fortitudinis rigore abducere potuerunt, eum inter ſacra jam præmia conſtitutum uxor teneræ ſobolis oblatione, miſerabilis unius lacrymæ miſeratione decepit. *In Oct. 15.*

Per oculos ſæpe tentamur. *In Oct. 16.*

Ex oculorum conſpectu aut bona aut adverſa generantur.

Si noxij nihil timerent, innocentes ſemper pertimeſcerent.

Omne tempus opportunum ſalutis. Nihil præproperum pro ſalute periclitantium.

Natura *Topaſij*, ut ſi polire & levigare eum velis, aſperetur magis.

Cum ſpes & fides in charitate ſint, non eſt dubium quod major charitas ſit.

Juventus ad amorem liberior, ad lapſum incautior, ad infirmitatem fragilior, ad correctionem durior eſt.

In melius mutare propoſitum non levitas, ſed virtus; non culpa, ſed gratia.

Ille facilius iniquitatem declinat; qui vias ejus non fuerit ingreſſus.

In Oct. 17. Calumnia eo gravior eſt, quia non ſolùm falſa componit, verum etiam quæ piè geſta ſunt, decolorat.

A ſancto viro plus culpa, quàm ærumna defletur.

Juſtus in adverſis ſuis juſtitiam Dei laudat.

Zelum habere debet Sacerdos, qui incorruptam ſervare ſtudet Eccleſiæ caſtitatem.

Zelum qui habent, omnes ſibi inimicos ſuos putant, qui ſunt hoſtes Dei, quamvis patrem, fratres, ſorores.

Non ſolum locum Eccleſiæ zelare debemus, ſed hanc quoque interiorem in nobis domum Dei, ne ſit domus negotiationis, aut ſpelunca latronum.

Eſt zelus ad culpam, eſt zelus ad gratiam.

Rara ſane in juvenibus eſt humilitas, ideoque eſt miranda.

Tribulatio velut quædam gratia eſt.

Qui quærit Chriſtum, quærit & tribulationem ejus, nec refugit paſſionem.

Majores æſtus febreſque ſunt animorum, quàm corporum. *In Oct.* *19.*

Cum oras, magna ora; id eſt, ea ora quæ æterna ſunt, non quæ caduca: Ora quæ divina ſunt atque cœleſtia, ut ſis ſicut Angeli in cœlo.

Non audit Dominus, niſi quod dignum ſuis ducit eſſe beneficijs.

An neſcis, ô homo, quod primitias tui cordis ac vocis quotidie Deo debeas. Divide ſaltem Deo & ſœculo tempora tua; vel quando non potes agere in publico, quæ ſunt iſtius mundi, & tenebræ prohibent noctis, Deo vacato, indulge orationibus.

Sanè fugientes *Deus* non retinet, nec cogit invitos.

Sublato capite corpus ſine nomine eſt, non agnoſcitur, nec ulla ſupereſt uſura vivendi. *In Oct.* *20.*

Quid non poteſt, qui omnia po-

teſt, niſi quod poſſe nolit?

Mala poteſtas, poſſe quod non liceat.

Quanti quotidie in occultis martyres Chriſti ſunt!

Tentatus es ſpiritu fornicationis, ſed veritus Chriſti futurum judicium, temerandam mentis & corporis caſtimoniam non putaſti, martyr es Chriſti?

Ut multæ tribulationes, ita multa martyria.

Ubi Diabolus præliatur, ibi Chriuſts aſſiſtit.

Bona trepidatio à verbis Dei, ſi exultationem generet. Qui enim trepidat à verbis Dei, poſtea exultat in verbis Dei.

Serva futuris mercedem tuam, & iſtius ſæculi opprobria incrementa mercedis tuæ judica.

In Oct. 22. Volare facit orationem bona operatio, & dat alas precibus ſpiritales, quibus ſanctorum ad Deum vehatur oratio.

Peccato graveſcit oratio, & longè fit à Deo.

Non mediocre periculum eſt, cum habeas ſancta eloquia Dei, &

Dei opera quę fecit in Geneſi, fecit in Exodo, fecit in Levitico, Numeris, Deuteronomio, Jeſu Nave, Judicum libro, Regnorum atque Eſdræ libris, fecit in Evangelio, in Actibus Apoſtolorum, illis prætermiſſis loquaris quę ſæculi ſunt, audias quæ ſæculi ſunt.

Ocioſum verbum eſt loqui opera hominum.

Incaleſcere non poteſt alteri, qui ſecum non habet Chriſtum. *In c. 4. Eccleſiaſtis.*

Abſtergit eleemoſyna, quod avaritia polluebat, & maculam, quam res alienas diripiendo contraxeras, tuas erogando purificas. *Super c 5. Eccleſiaſtici.*

Lavacrum ſemel datur, & ſemel veniam pollicetur: eleemoſynam autem quoties feceris, toties veniam promereris. *Serm. 1. ſerm. 2.*

Taciturnitas interdum pro conſenſu habetur; videtur namque confirmare quod obijcitur, cum non vult reſpondere quod quæritur. *In c. 13. Danielis. ſer. 1*

Melior eſt cauſa cum non defenditur, & probatur.

Multum de Deo pudicitia conſequitur, cum judicem Virginem promeretur.

Serm.1. Omnium ſupergreditur ſententias, qui à ſua conſcientia ſuâ ſententiâ condemnatur. Quem alter judicat, poteſt eſſe utcumque excuſabilis; reus autem ſine excuſatione, qui conſcientiæ ſuæ judicio condemnatur. Quem alter judicat, poteſt quandoque à ſuo judice ſperare indulgentiam; qui ſeipſe judicat, à quo indulgentiam poſtulabit?

In c. 4. Ioan. Qui vult proximus Deo eſſe, debet imitari hoc eſſe, quod eſt Deus.

Enar.1. In c. 3. Malachiæ. Chriſtus in bonis adjutor eſt, in malis noſter eſt conſervator.

Cum diluculo ſurgimus, debemus priuſquam procedamus è cubiculo, gratias agere Salvatori, & ante omnes actus ſæculi actus habere pietatis.

Quis niſi Deus dormientem cuſtodit hominem? Neceſſarius Deus adeſt dormientibus, quia dormientes ſibi adeſſe non poſſunt.

In Evangelium Luca. l. 1. Proœm. Sine conatu ſunt donationes & gratia Dei, quæ ubi ſe infuderit, rigare conſuevit, ut non egeat, ſed redundet ſcriptoris ingenium. Non conatus eſt Matthæus, non conatus eſt Marcus, non conatus eſt Ioan-

nes, non conatus eſt Lucas; ſed divino Spiritu ubertatem dictorum rerumque omnium miniſtrante, ſine ullo molimine cœpta compleverunt.

Finis intentionis eſt actio, principium actionis eſt actio. Neque in omnibus rebus ſimul & intentio & actio eſt; ſed cum ſit rei alterius actio, alterius adhuc intentio eſt.

Actio intentionis indicium eſt.

A Deo præparatur voluntas hominum.

Docet nos ſcriptura divina non ſolum mores in ijs, qui prędicabiles ſunt, ſed etiam parentes oportere laudari. *In c. 1. Luca.*

Plerumque iuſtitia durior hominum querelam excitat.

Solus perfectus, qui ab eo probatur, qui falli non poteſt.

Non dubites aſſiſtere Angelum, quando Chriſtus aſſiſtit, quando Chriſtus immolatur.

Plena ſemper & redundantia ſunt divina beneficia, non exiguo conſtituta numero, ſed uberi bonorum coacervata congeſtu.

Judicia Domini vera, judicia autem hominum ſæpe falluntur, ut &

iniuſtis iuſtitiæ gratiam frequenter aſcribant; iuſtum aut odio proſequantur, aut mendacio decolorent.

Neque ſine virtute ſpiritus, neque ſine ſpiritu virtus eſt.

Eſt unicuique officio præſcripta ætas. & quod tempore decet, tempore dedecet; ævique mutatio facti uniuſcujuſque mutat ſæpe naturã.

Magna ſanctis cura eſt verecũdiæ.

Trepidare virginum eſt, & ad omnes viri ingreſſus pauere, omnes viri affatus vereri.

Sit magiſtra humilitatis, in qua eſt profeſſio caſtitatis.

Etſi ſecundum carnem una mater eſt Chriſti, ſecundum fidem tamen omnium fructus eſt Chriſtus. Omnis enim anima concipit Dei Verbum, ſi tamen immaculata & immunis a vitijs ſit, & intemerato caſtimoniam pudore cuſtodiat.

Novit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noveris emendare delictũ.

In te ipſo quod es, non ex te debes æſtimare, ſed ex Chriſto.

Quæ ſupra naturam, ſupra ætatem, ſupra conſuetudinem fiunt, non humanis aſſignanda virtutibus, ſed

divinis referenda ſunt poteſtatibus.

Miſericordiæ communis eſt uſus, ideo commune præceptum, omnibus officijs, omnibus ætatibus neceſſaria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola vel urbanus, dives & pauper, omnes in commune admonentur, ut conferant non habẽti.

Nunc poſt adventum Domini fides exigitur, ſigna conduntur.

Multi laquei quacumque progredimur. Laquei in corpope, laquei in lege, laquei in pinnis templorum, in crepidinibus parietum tenduntur a Diabolo. Laquei in Philoſophis, laquei in cupiditatibus. Laqueus in pecunia, laqueus in religione, laqueus in ſtudio caſtitatis. *l. 4.*

Illa eſt animæ pura & immaculata virginitas, quæ nullo terrore pœnarum, nullis a fide ſæcularis voluptatis illecebris, nullo vitæ amore traducitur.

Qui relictis cæleſtibus eligit terrena, voluntarium quoddam præcipitium vitæ labentis incurrit.

Non te capiat Hæreticus, quia poteſt de Scripturis aliqua exempla

proferre, nec ſibi arroget quod doctus videtur. Utitur & Diabolus teſtimoniis Scripturarum non ut doceat, ſed ut circumſcribat & fallat.

Quid ſæculi poteſt eſſe diuturnum, cum ipſa diuturna non ſint ſæcula?

Ordinatio mundi à Deo, opera mundi à malo.

A Deo poteſtatum ordinatio, à malo ambitio poteſtatis.

Non à Diabolo poteſtas eſt, ſed obnoxia tantùm inſidiis Diaboli. Nec tamen ideo mala ordinatio poteſtatum, quia malo obnoxiæ poteſtates.

Sæpe quos vitia nulla deflectunt, quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia ſubruere, facit ambitio criminoſos.

Ambitio ut dominetur aliis, prius ſervit.

Caret ambitione religioſa devotio.

Diabolus cedere *ſolet* veræ virtuti: Etſi invidere non deſinat, tamen inſtare formidat, quia frequentius refugit triumphari.

Tentationem numquam timere debemus. Eſt enim cauſa victoriæ, materia triumphorum.

Non unum telum Diabolus ha-

bet, frequentat ſpicula, ut aut præmio vincat, aut tædio.

Diverſitas ipſa tentationum pro diverſitate certantium eſt.

Non debemus tentationes ſæculi pro malis timere, quibus bona præmia comparantur; ſed magis rogare contemplatione conditionis humanæ, ut eas tentationes ſubeamus, quas ferre poſſimus.

Aſpernator Dominus invidorum eſt, & ab jis, qui divina beneficia in aliis perſequuntur, miracula ſuæ poteſtatis avertit.

Non dormientibus divina beneficia, ſed obſervantibus deferuntur.

Diſce chriſtiane rogare, quod cupias impetrare: faſtidioſos viros cæleſtium profectus munerum non ſequuntur.

Non precio taxatur Dei gratia, nec in Sacramentis lucrum quæritur, ſed obſequium Sacerdotis.

Facto auctoris ſucceſſio damnatur hæredis.

Inexpiabilis eſt venditi culpa myſterij.

Febre libido flagrantior eſt.

Nihil medium eſt inter opus *l. 5,*

Dei atque præceptum, quia in præcepto eſt opus.

l. 5. Voluntas Dei, ejus poteſtas eſt.

Non vulganda noſtra beneficia, ſed premenda.

Magnus Dominus, qui aliorum merito ignoſcit alijs, & dum alios probat, aliis relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cum apud Deum ſervus & interveniendi meritum & jus habeat impetrandi?

Si gravium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe Eccleſiam, quæ pro te precetur, cujus contemplatione, quod tibi Dominus negare poſſet ignoſcat.

Perfidia confiteri poteſt, credere non poteſt.

Et validius eſt ad fidem quod confitentur inviti, & pernicioſius ad culpam quod negant qui ſuis affectionibus revinciuntur.

Qui domicilio Chriſtum recipit interno, maximis delectationibus exuberantium paſcitur voluptatum.

Jejunant hi, quibus Chriſtus abeſt, quique bonorum meritorum copiis egent.

Nemo tibi poteſt Chriſtum auferre, niſi ipſe te auferas illi.

Eſt oratio, quæ peccatum facit.

Orat Dominus, non ut proſe obſecret, ſed ut pro me impetret. Nam etſi omnia poſuerit Pater in poteſtate Filij, Filius tamen ut hominis formam impleret, obſecrandum Patrem putat eſſe pro nobis, quia Advocatus eſt noſter. Noli inſidiatrices aperire aures, ut putes Filium quaſi infirmum rogare, ut impetret quod implere non poſſit. Non quaſi infirmus, ſed quaſi pius obſecrat.. Et Advocatus & Judex eſt. In altero pietatis officium, in altero inſigne eſt poteſtatis.

Voluit Dominus deſeri, voluit ab Apoſtolo ſuo tradi, ut tu à ſocio deſertus, à ſocio proditus, moderatè feras tuum erraſſe judicium, periſſe beneficium.

Vita verbum exigit & acquirit; ſermo autē ſine vita non eſt ſermo Dei.

Qui contempſerit ſæcularia, ipſe merebitur ſempiterna: nec poteſt quiſquam meritum regni cæleſtis adipiſci, qui mundi cupiditate preſſus emergendi non habet facultatē.

Non omnes beati pauperes, paupertas enim media eſt, poſſunt & boni & mali eſſe pauperes.

Nec minoris virtutis ducitur, cohibere iracundiam, indignationemque compeſcere, quàm omnino non iraſci; cum plerumque illud lentius, hoc fortius æſtimetur.

Si tu ipſe te fleveris, alius non te flebit. Nam ſi Saül defleſſet peccata ſua, Samüel eum non fleviſſet.

Paulus non habebat quod lugeret, ex quo in Chriſtum credidit, & tamen priora deflebat, dicens: Quia
1. Cor. 15. non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei.

Æger cum in gravi morbo eſt, non eſurit, quia ægritudinis dolor famem excludit.

Qui miſericordiam defert, mercedé amittit, niſi mũdo corde miſereatur.

A te pacem incipe, ut cum fueris ipſe pacificus, pacem aliis feras.

Qui ſuperiora quærit, inferiora devitat, ut & ipſe à ſuperioribus adjuvetur.

Patientia perfectio eſt charitatis.

Qui pauper eſt ſpiritu, avarus non eſt.

Connexæ ſibi ſunt concatenatæque virtutes, ut qui unam habeat, plures habere videatur.

Quod in aliquo merito copioſius, hoc etiam in præmio redundantius.

Sanctis una competit virtus: licet in pecuniariis copiis multa ſint lenocinia delictorum, pleraque tamen ſunt etiam incentiva virtutum.

Commendatior collatio pauperis, quam divitis liberalitas.

Non cenſus, ſed affectus in crimine eſt.

Non cumulo tantum, ſed ordine & tempore beneficia penſantur; cum in beneficio pari prior ſit, qui prior cœpit.

Aliud beneficium eſt beneficii principatus.

Si quis pecuniam reddidit, non ſoluit gratiam, manetque debitor gratiæ, etſi non jam ſit debitor pecuniæ.

Gratiæ relatio acceptæ magis eſt teſtimonium, quam ſolutæ.

In eo qui non amat, debes amare virtutem: ut dum virtutem amas, incipias eũ amare, quẽ non amabas.

Sæpe maximæ cauſæ amoris exiunt, cum patientia inſolentiæ,

gratia refertur injuriæ.

Quanto præcellentius præmium, tanto impenſius officium.

l. 6. Bonæ lacrymæ, in quibus non ſolum redemptio peccatorum, ſed etiam refectio eſt juſtorum.

l. 7. Si fortis es, contemne mortem: ſi imbecillis es, fuge. Sed nemo poteſt fugere mortem, niſi vitam ſequatur. Vita tua Chriſtus eſt, ipſa eſt vita quæ mori neſcit.

Sunt qui mortui vivunt, quoniam ſunt qui viventes mortui ſunt.

Qui partitur ſtudium, derivat affectum: qui dividit curam, differt profectum.

Dulcis illa vita eſt, quæ non habet mortem. Hæc vita corporis habet mortem ſorte naturæ. Habet etiam ipſa anima plerumque mortem labe peccati.

Qui non peregrinatur à corpore, peregrinatur à Domino.

Sollicitudo boni Paſtoris efficit ut lupi in agnos audere nil poſſint.

Nemo in ſe debet, quod in alio reprehendit, imitari.

Nihil tam ſecundum naturam, quàm juvare conſortem naturæ.

Qui promittit aliquid, ſpem debet afferre promiſſi, ut monitis obedientia deferatur, promiſſis fides.

Nec erubuit, *Paulus*, aliquid ſæpius poſtulare, ne vel diffidere de Domini miſericordia videretur, vel arroganter dolere, quod non prima vice aliquid impetraverit. 2. *Cor.* 12.

Frequenter Deus ideo non *concedit* oratus, quod inutilia judicet, quæ nobis profutura credamus.

Ut fortitudinis incẽtivum eſt fides, ita fidei firmamentum eſt fortitudo.

Sola virtus comes eſt defunctorum.

Indecorum eſt homines curare de cibo, qui militant de regno.

Exiguus eſt profectus, & pauca meritorum gratia, ſupplicij metu ab errore revocari.

Non diligere parentes, ſed Deo præferre prohiberis.

Nec quiſquã debet plus amare beneficium quod accepit, quàm Deum a quo beneficium ſervatur acceptũ.

Unuſquiſque domus aut Dei eſt, aut Diaboli.

Qui ad Dominum regreditur, ſe ſibi reddit: & qui recedit à Chriſto, ſe ſibi abdicat.

Accuſatoris excludit invidiam qui accuſatorem prævenit confitendo.

Fruſtra velis occultare quem nihil fallas: & ſine periculo prodas quod ſcias eſſe jam cognitum. Confitere magis, ut interveniat pro te Chriſtus, quem Advocatum habemus apud Patrem. Habet cauſam ut pro te interveniat, ne pro te gratis mortuus ſit; Habet & cauſam ignoſcendi Pater, quia quod vult Filius vult & Pater.

1. 8. Eſt fidei violentia religioſa; ſegnities criminoſa.

Plus proficit amica correptio, quã accuſatio turbulenta. Illa pudorem incutit, hæc indignationem movet.

Infirmus cuſtos diuturnæ bonitatis eſt timor: pudor autem bonus magiſter officij. Qui enim metuit, reprimitur, non emendatur: quem pudet facere, in naturam vertit.

Agnoſcenda gratia, ſed non ignoranda natura.

Qui vult eſſe liber, ſit ſervus in Domino.

Nihil excelſius humilitate, quæ tanquam ſuperior neſcit extolli.

Id nemo affectat, quod infra ſe judicat.

Non virtutis eſt non poſſe peccare, ſed nolle.

Reſpuenda eſt utilitas noſtra, ubi Divinitatis injuria eſt.

In divinis Scripturis non verborum ſeriem, ſed rerum pondus examinare debemus.

Mihi certè utile eſt bonum Deum credere, quem meorum habiturus ſum judicem delictorum.

Divitiæ ut impedimenta improbis, ita bonis ſunt adjumenta virtutis.

Plures Dominos habet, qui unum non habet. *l. 9.*

Rarior tacendi virtus eſt, quàm loquendi.

Diſce eſſe ſub Chriſto, ut ſis ſupra mundum.

Paſſio Domini æmulos habet, pares non habet. *l. 10.*

Etiam lapſus Sanctorum utilis.

Semper Dominus plus tribuit, quàm rogatur.

Chriſtus omnia, & in Chriſto omnia.

Notitia Dei manifeſta eſt ex mundi fabrica.

Index fixæ ſpei tribulatio eſt. In preſſura non cedere ſpe futurorum, *Comment.*

In Ep. ad Rom cap. 1. magni meriti eſt apud Deum.

cap. 5. Qui peccat vivit peccato; qui non peccat vivit Deo.

Cap. 6. Mors finis peccati eſt.

Cap. 7. Nihil ſtultius quàm peccare.

Cap. 8. Duabus ex cauſis deſerit hominem Spiritus ſanctus, cum aut ſenſum carnis habet, aut geſta.

Secundum carnem vivere mors eſt.

Magnæ ſolertiæ eſt, domeſtici hoſtis inſidias cavere.

Ideo virginalis uterus electus eſt ad partum Dominicum, ut in ſanctitate differret caro Domini à carne noſtra: In cauſa ſimilis eſt, non in qualitate peccati ſubſtantiæ. Expiata eſt enim à Spiritu ſancto caro Domini, ut in tali corpore naſceretur, quale fuit Adæ ante peccatum, ſalua tamen ſententia data in Adam.

Qui ſe a carnis deſideriis continet, iuxta legem mentis vivit.

Sic diligit nos *Chriſtus*, ut ſibi imputet quod proficit nobis.

Si huic voci, qua dicimus Abba Pater, diſſimilem vitam exhibeamus, injuriam Deo facimus, vocantes eum Patrem. Idcirco enim bonitate ſua hoc nobis indulſit,

quod ſuper naturam noſtram eſt, ut quod ſubſtantiâ indigni ſumus, operibus mereamur.

Pro Chriſto dicimur pati, cum nobis, non illi, proficiat quod patimur.

Ut bonus vel profuſus largitor cauſam *Deus* quærit, quomodo donet aut indignis, aut verecundis.

Chriſtianis mũdus hic pelagus eſt.

Dilectionem firmi Chriſtiani nulla vincant tormenta. Amantis enim plus incitatur charitas, ſi eum, cujus ſenſit beneficia, prohibeatur amare.

Propenſius malum eſt dignitatem amiſiſſe, quàm non habuiſſe. *Cap. 9.*

Sive Patrem quis adoret, ſivę Filium, unum Deum dicitur adorare; & ſi ſervitur Patri, aut Filio, uni Deo ſervitium exhibetur. Nulla in his diſcretio eſt; quia qui adorat Filium, adorat & Patrem, & qui ſervit Patri, ſervit & Filio.

Præſcientia Dei eſt, quâ definitum habet, qualis uniuſcujuſque futura voluntas erit, in qua manſurus eſt, per quã aut damnetur, aut ſaluetur.

Non in voluntate petentis, ſed in dantis arbitrio debet eſſe, quod poſcitur. An enim dandum ſit, dantis

debet judicio penſari.

Cap.10 Nulla res ſic conſumit hominem ut zelus.

Cap.12. Apud veteres ideo oblata occidebatur hoſtia, ut homines peccati causâ morti ſubjectos ſignificaret. Nunc autem quia per donum Dei purificati ſunt homines, & a morte ſecunda liberati, vivam hoſtiam debent offerre, ut ſignũ ſit vitæ æternæ.

Omnis miſericordia & ſimpliciter & cum gaudio fieri debet, ut ſimplicitas excludat hypocriſim; gaudium verò fretum futuræ ſpei teſtetur examen.

Cap.13. Bona vita Chriſtiani ſignum eſt ſalutis futuræ.

Cap.14 Quantum valeat ſalus fratris, ex morte Chriſti cognoſcitur.

Homo opus Dei eſt per creationem, & iterum opus Dei eſt, dum reformatur per regenerationem.

Beneficium Dei irritum facit, qui fratrem liberatum à peccato, rurſus provocat ad peccandum, ſolvens in ipſo opera Chriſti, quę geſſit ut hominem à peccato liberaret.

Cap.15 Qui videt ſe laudari, data opera elaborat ut vera ſint, quæ dicuntur.

Hoc ſolet moneri, quod cum ſciatur, aliquando ſubterfugit animo, aut negligenter habetur.

In Epiſcopo omnium ordinationum dignitas eſt. *In Ep. 1 ad Cor. cap. 1.*

Peccatum unius, quod non arguitur, multos contaminat, imò omnes qui norunt, & non devitant; aut cum poſſint arguere, diſſimulant. *cap. 5.*

Compendium eſt malè agentibus, ſi citius moriantur, quàm ſi diutius in peccatis verſentur.

Quia charo precio empti ſumus, propenſius Domino ſervire debemus, ne offenſus à qua nos redimit, morti nos reddat.

Deterius eſt fuiſſe, & non eſſe, quam nunquam fuiſſe. *Cap. 7.*

Animus eſt qui aut ſanctificat, aut polluit corpus.

Quid prodeſt* corpus mundum habere, & animam pollutam, cum merito animæ aut honoratur corpus, aut damnatur?

Tunc ſcientia magna eſt, & ſibi utilis, ſi charitate humilietur, ut amplius creſcat. Temperatur enim à dilectione, ut non ſatis mera ſit, & inebriet ſcientem, ut ſe extollat. Si- *Cap. 8.*

cut enim vinum non temperatum admixtione aquæ mentem alienat; ita & ſcientia ſuperbum facit, niſi fuerit temperata.

Hic diligit Deum, qui charitatis cauſa ſcientiam mitigat, ut proſit fratri, pro quo Chriſtus mortuus eſt.

*Cap.*10. Dignum eſt ut qui magna conſecutus, in parvis diffidens eſt, non ſolum hęc non adipiſcatur, verum etiam amittat & illa.

Non eſt ambignum illos peccantes plus ſubjiciendos tormentis, quibus peccantium pœnæ ad hoc relatæ ſunt, ne peccarent.

Cui verba ſatis non faciunt, ſolent exempla non ſuadere.

*Cap.*19. Sicut Deus Pater miſit Chriſtum magiſtrum & auctorem vitæ; ita & Chriſtus miſit Apoſtolos nobis magiſtros, ut eorum imitatores eſſemus, quia eius eſſe non poſſumus.

*Cap.*12. Quicquid verum à quocumque dicitur, à Spiritu ſancto dicitur.

In loco Ordinis Eccleſiaſtici poſitus, gratiam habet, qualisvis ſit: non utique propriam, ſed Ordinis, per efficaciam Spiritus ſancti.

Diviſiones gratiarum ſunt Offi-

ciis

ciis Eccleſiæ, non humanis miritis deputatæ.

Unitas corporis non in ſingularitate conſiſtit, ſed in multis membris, ut invicem ſibi præſtent quod debent.

Multa membra cum invicem ſui egeant, non diſcrepant in unitate naturæ, quamvis diverſa ſint: quia diverſitas hæc in unum concurrit, ut corporis utilitas expleatur: ſicut & ea quibus mundus ipſe conſtat, cum ſint diverſa non ſolum officiis, ſed & naturis, ad unius tamen mundi proficiunt perfectionem, & ex omnibus his naſcitur temperies quædam in fructibus, qui humanæ proficiunt ſaluti.

Quamvis aliquis dignitate ſublimis ſit, ſi ſubjectus tamen defuerit, qui obſequiis illũ faciat glorioſum, ipſa dignitas contemptibilis erit.

Major gradu & dignitate non poteſt ſine illo eſſe, qui humilis eſt; quia eſt quod humilis poteſt, quod non poteſt ſublimis.

Officium eſt, per quod dignitas conſtat.

Sic a Deo moderatum *eſt* huma-

num corpus, ut omnia membra ejus neceſſaria ſint, ac per hoc pro ſe invicem ſollicita; quia aliud ſine altero eſſe non poteſt, & quod inferius putatur magis neceſſarium eſt

Primus gradus omnia ſubjecta habet.

Peſſimus Caïphas, propter quod Princeps Sacerdotum erat, prophetavit Ordinis utique cauſa, non proprij meriti.

In Eccleſia unus eſt Epiſcopus.

Aurum cum melius argento ſit, plus tamen in uſu argentum eſt: Et cum æs neceſſarium ſit, plus tamen ferro opus eſt; nihil enim pene ſine ferro fit, cum ſit inferius.

Cap. 13. Caïphas prophetavit, non merito, ſed dignitate Ordinis Sacerdotalis.

Saül prophetavit, cum jam inobedientiæ cauſa Spiritu malo fuiſſet repletus, ſed propter Dei cauſam non poſſet comprehendere David, quem & occidere volebat.

Qui charitatem non habet, ingratus eſt miſericordiæ Dei, quia non diligit per quod ſalvatus eſt.

Cap. 14 Duabus ex cauſis *mulier viro* jubetur eſſe ſubjecta, quia ex viro eſt, &

per ipſam introivit peccatum.

In mulierem inſolentia, etiam viri notantur.

Omnis qui vult aliquid emere, quod ſcit ab aliis non requiri, cum quodam faſtidio accedit ad emptionem, quaſi beneficium præſtitum vendenti.

Hæc vera pœnitentia eſt, iam ceſſare à peccato. *In Ep. 2. ad Cor. cap. 2.*

Qui non agit quæ mundi ſunt, mortuus eſt mundo. *In Ep. ad Galat. cap. 2.*

Aliter benedicitur Deus, & aliter homines. Deus benedicitur, cum laudibus dignis extollitur; homines autem ſic benedicit Deus, ut donum gratiæ ſuæ eis impertiat non ſecundum merita eorum, ſed ſecundum miſericordiam ſuam. *in Ep. ad Epheſ. cap 1.*

Nemo melius alicui obtemperat, quàm qui ex charitate obſequitur.

Gloria medici eſt ſi multos curet.

Hæc charitas Dei eſt erga nos, ut quia fecit nos, nolit perire nos. Ideo enim fecit ut amaret quod fecit. *Cap. 2.*

In Epiſcopo omnes Ordines ſunt, quia primus Sacerdos eſt, hoc eſt, Princeps eſt Sacerdotum. *Cap. 4.*

Nec credibile poteſt videri bene

vivere eum, qui male loquitur.

Cum bene agimus, gaudet in nobis Spiritus ſanctus, datus nobis, videns monita ſua proficere utilitatibus noſtris. Gaudet ſaluti noſtræ, non ſibi, qui non indiget lætitia.

Cap. 5. Nec poterit qui arguitur aſpere ferre quia reprehenditur, quando ſcit optimam converſationem monentis ſe.

Cap. 6. In ira nemo cognoſcit quid ſit utile.

Dominus juſtus judex cauſas diſcernit non perſonas.

Meminiſſe debent patres quia & ipſi fuerunt filij, & noluerunt utique exacerbari à patribus. Filij quoque cognoſcere debent quod futuri ſunt patres, & nollent inhonorari à filijs

In epiſt. ad Coloſſ c. 3. *Avaritia* omnium capax eſt delictorum, ut aviditatis ſuæ quod impoſſibile eſt, impleat deſiderium.

Dominus amari ſe mavult quàm timeri.

Charitas ſemper ſecum habet pacem.

Debent recordari patres, quia fuerunt & ipſi filij, conſiderare autem filij, quia futuri ſunt patres; ut æque

librato conſilio utriuſque, & filij ſubjecti ſint, & patres modeſti.

Non poteſt aliud placere Deo, niſi quod juſtum & pium eſt.

Apud Deum hic ſervus habetur, qui peccaverit.

Vera charitas non poteſt malam vitam agere, nec ſimulatam fidem habere. *In Ep. 1 ad Timoth. Cap. 1.*

Dignitas eſt ſervum eſſe potentis.

Vult Deus omnes homines ſalvos fieri; ſed ſi accedant ad eum. Non enim ſic vult, ut nolentes ſalventur; ſed vult illos ſalvari, ſi & ipſi velint. Nam utique qui legem omnibus dedit, nullum excepit à ſalute. *cap. 2.*

Qui vult audiri, inclinare ſe debet amota à ſe pompa, ut miſericordiam Dei provocet. Habitus enim ſuperbus nec impetrat nec recta de ſe facit credi.

Quæ in domo Dei cum pompa ſe mavult videri, non utique propter Deum, ſed propter homines, conſequitur quod vult ut glorioſa videatur, nihil conſecutura à Deo niſi maculam. Quantò enim hominibus ſplendida videtur, tantò magis deſpicitur à Deo.

Inferior mulier, quæ poſt virum, & ex viro creata eſt.

cap. 3. Magna cura eligendus eſt, qui domum Dei regendam accipiat. Si enim terreſtrium rerum diſpenſatores idonei quærendi ſunt, quantò magis cæleſtium?

Epiſcopi & Preſbyteri una ordinatio eſt; uterque enim Sacerdos eſt. Sed Epiſcopus primus eſt, omnis Epiſcopus Preſbyter ſit, non omnis Preſbyter Epiſcopus.

Veteribus idcirco conceſſum eſt Levitis aut Sacerdotibus ad uſum uxores habere quia multum tempus ocio vacabant à miniſterio aut ſacerdotio.

Cap. 5. Blanditijs ſolent obtineri, quæ actoritate non poſſunt.

Impoſturæ genus eſt ad aliud agere, & aliud profiteri.

Melior cæteris debet probari, qui ordinandus eſt. Non enim ſufficit ſi ſine crimine ſit, quia merita ejus debent præire bonorum operum, ut dignus habeatur ad ordinationem.

Non facilè credi debet de Preſbytero crimen.

Cap. 6. Nihil tam aſperum tamque perni-

cioſum eſt, quam ſi Eccleſiaſticus, maximè qui in ſublimi loco eſt, divitiis hujus ſæculi ſtudeat, quia non ſolùm ſibi ipſi, ſed & cæteris obeſt.

Avaritia omnia mala poteſt admittere.

Seminemus in terra, ut metamus in cælis.

Non convenit unum duplicem profeſſionem habere. *In ep. 2. ad Tim. Cap. 2.*

Nemo fidem Dei cuſtodiens, infidelis poteſt eſſe hominibus. *In ep. ad Titum. cap. 2.*

Quantumlibet quiſque profecerit, nemo eſt qui doceri non egeat, dum vivit. *De Officijs l. 1. Cap. 1.*

Tacere noſſe quàm loqui difficilius eſt. *Cap. 2.*

Dixi, cuſtodiam vias meas. Aliæ ſunt viæ, quas debemus ſequi; aliæ quas cuſtodire. Sequi vias Domini, cuſtodire, noſtras, ne in culpâ dirigantur. *Pſ. 38.*

Si pro ocioſo verbo reddet unuſquiſque rationem, quanto magis pro verbo impuritatis, & turpitudinis?

Graviora ſunt verba præcipitationis, quàm otioſa.

Si pro otioſo verbo reddemus rationem, videamus ne & reddamus pro otioſo ſilentio. *Cap. 3.*

Dan. 13 Eſt magnum & negotioſum ſilentium, ut erat Suſannæ quæ plus egit tacendo quàm ſi eſſet locuta. Tacendo enim apud homines, locuta eſt Deo, nec ullum majus indicium ſuę caſtitatis invenit, quàm ſilentium.

Ipſe Dominus in Evangelio tacens operabatur ſalutem hominum.

Bona poſſeſſio mens bona.

Citò lutum colligit amnis e undás.

Cap. 5. Bene ſibi conſcius, falſis non debet moveri, nec æſtimare plus ponderis in alieno eſſe convitio, quàm in ſuo teſtimonio.

Cap. 6. Is qui citò injuria movetur, facit ſe dignum videri contumelia, dum vult ea indignus probari.

Major eſt qui contemnit injuriam, quàm qui dolet.

Cap. 7. Non vehementior eſt natura ad diligendum, quàm gratia.

Plus certè diligere debemus, quos perpetuò nobiſcũ putamus futuros, quàm quos in hoc ſæculo tantùm.

Cap. 10 Rarum eſt tacere quemquam, cum ſibi non proſit loqui.

Cap. 11. Nihil tam commendat chriſtianam animam, quàm miſericordia.

Si nudum veſtias, & teipſum induis juſtitiam.

Impius ipſe ſibi pœna eſt. *Cap.12.*

Aliquid non feciſſe, nulla feceris juſtitia; non curare quod ſumma inclementia. *Cap.13.*

Nonne injuſtus eſt, qui ante quærat præmium, quàm certamen fuerit abſolutum? *Cap.16*

Inde incipit beatitudo judicio diviño, unde ærũna æſtimatur humano.

Qui non ſubſcripſerint ad coronam, non tenentur ad laborem certaminis: Qui in ſtadium non deſcenderint, non ſe perfundunt oleo, non obliniunt pulvere.

Quos manet gloria, expectat gloria.

Noli ut parvulus ſapere, ut parvulus loqui, ut parvulus cogitare, ut parvulus tibi vindicare ea quæ ſunt poſterioris ætatis.

Eſt bonorum adoleſcentium timorem Dei habere, deferre parentibus honorem, habere ſenioribus reverentiam, caſtitatem tueri, non aſpernari humilitatem, diligere clementiam ac verecundiam, quæ ornamento ſunt minori ætati. *Cap.17*

Pulcra virtus verecundiæ, & ſuavis gratia, quæ non ſolùm in *Cap.18.*

factis, ſed etiam in ipſis ſpectatur ſermonibus.

Speculum mentis plerumque in verbis refulget.

Ipſum uocis ſonum libret modeſtia, ne cujuſquam offendat autem vox fortior.

Silentium ipſum, in quo reliquarum virtutũ otium, maximus actus verecundiæ eſt. Si aut infantiæ putatur aut ſuperbiæ, probro datur: ſi verecundiæ, laudi ducitur.

Eſt & in oculis verecundia, ut nec videre viros fœmina, nec videri velit.

Eſt verecundia pudicitiæ comes, cujus ſocietate caſtitas tutior eſt.

Bonus regendæ caſtitatis pudor eſt comes: qui ſi ſe prætendat ad ea quæ prima pericula ſunt, pudicitiam temerari non ſinat.

In ipſa quoque oratione noſtra multùm verecundia placet, multum conciliat gratiæ apud Deum noſtrũ. Nonne hæc prætulit Publicanum, & commendavit eum, qui nec oculos audebat ad cælum levare? Ideo juſtificatur magis Domini judicio, quam ille Phariſæus, quem deformavit præſumptio.

Apud *Deum* nemo non dives.

Modeſtia portio Dei eſt.

Eſt etiã in ipſo motu, geſtu, inceſſu tenenda verecundia: Habitus enim mentis in corporis ſtatu cernitur.

Vox quædam eſt animi, corporis motus.

Meminiſtis, filij, quemdam amicum, cum ſedulis ſe videretur commendare officijs, hoc ſolo tamen in clerum à me non receptum, quod geſtus eius plurimum dedeceret. Alterum quoque, cùm in clero reperiſſem, iuſſiſſe me ne unquam præiret mihi, quia velut quodam inſolentis inceſſus verbere oculos feriret meos. Idque dixi, cum redderetur poſt offenſam muneri. Hoc ſolum excepi, nec fefellit ſententia. Uterque enim ab Eccleſia receſſit, ut qualis inceſſu prodebatur, talis perfidia animi demõſtraretur. Namque alter Arianę infeſtationis tempore fidem deſeruit, alter pecuniæ ſtudio, ne iudicium ſubiret ſacerdotum, ſe noſtrum negavit.

Nec curſim ambulare honeſtum arbitror, niſi cum cauſa exigit alicuius periculi, vel iuſta neceſſitas.

Eſt greſſus probabilis, in quo ſit ſpecies auctoritatis, gravitatiſque pondus, tranquillitatis veſtigium, ita tamen ſtudium deſit, atque affectatio, ſed motus ſit purus ac ſimplex. Nihil enim fucatum placet.

Joſeph ne incongrua ſuæ audiret verecundię, veſte fugit relicta.

Quem delectat audire, alterum loqui provocat.

Natura opifex ſic noſtræ ſtuduit verecundię, ſic decorum illud & honeſtum in noſtro cuſtodivit corpore, ut velut ductus quoſdam aquæ, exitus cuniculorum noſtrorum poſt tergum relegaret, ne purgatio ventris viſum oculorum offenderet.

Mos vetus in urbe Roma & in pleriſque civitatibus fuit, ut filij puberes, cum parentibus, vel generi cum ſoceris non lavarent, ne paternę reverentię auctoritas minueretur, licet plerique ſe & in lavacro, quantùm poſſunt tegant, ne vel illic, ubi nudum totum eſt corpus, huiuſmodi intecta ſit portio.

Cap.19 Artifex in materia commodiore meliùs operari ſolet.

Cap.20 Verecundia in ipſo quoque cor-

poris decore plus eminet.

Uſus enim citò inflectit naturam.

Quàm prudenter factis convenire Eccliaſticis, & maxime miniſtrorum officiis arbitror, declinare extraneorum convivia.

Cur non illa tempora, quibus ab Eccleſia vacas, lectioni impendas? Cur non Chriſtum reviſas Chriſtum alloquaris, Chriſtum audias? Illum alloquimur cũ oramus, illum audimus, cum divina legimus oracula.

Vitemus, aut temperemus iracundiam. *Cap.21*

Non mediocre eſt, mitigare iracundiam: non inferius, quàm omnino non commoveri. Hoc noſtrum eſt, naturæ illud.

Si citò pueri inter ſe moventur, facilè ſedantur, & majori ſuavitate in ſe recurrunt. Neſciunt ſe ſubdolè, artificioſéque tractare.

Ipſe Dominus, hoc eſt, Dei virtus, ſicut puer cum malediceretur, non remaledixit: cum percuteretur, non repercuſſit. Ita ergo te compara, ut quaſi puer injuriam non teneas, malitiam non exerceas, omnia à te innocenter proficiſcantur.

Qui ſibi iraſcitur, quia citò commotus eſt, deſinit iraſci alteri.

Cap. 23. Licet interdum honeſti joci ac ſuaves ſint, tamen ab Eccleſiaſtica abhorrent regula.

Cap. 25 Sit nobis majorum *Patriarcharum*, diſciplinæ ſpeculum, non callidatatis commentarium: imitandi reverentia, non diſputandi æſtutia.

Sapienti & juſto totus mundus divitiarum eſt.

Juſtus communia pro ſuis habet, ſua pro communibus.

Juſtus ſeipſum priùs quàm alios accuſat.

Cap. 26 Nihil eſt quod magis proficiat ad vitam honeſtam, quàm ut credamus eum judicem futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honeſta delectent.

Omnibus hominibus ineſt ſecundum naturam humanam verum inveſtigare quod ad ſtudium cognitionis & ſcientiæ trahit, & inquirendi infundit cupiditatem.

Cap. 28 Natura jus commune generavit, uſurpatio jus facit privatum.

Cap. 29 Etiam adverſarios molli veteres appellatione nominabant, ut pere-

grinos vocarent. Hoſtes enim antiquo ritu peregrini dicebantur. Quod æquè etiam ipſum de noſtris aſſumptum dicere poſſumus. Adverſarios enim ſuos Hebræi Allophylos appellabant, hoc eſt, alienigenas latino vocabulo.

Non ſatis eſt bene velle, ſed etiam bene facere, niſi id ex bono fonte hoc eſt, ex bona voluntate proficiſcatur. Cap.3.

Officere iſtud eſt, non prodeſſe alteri, ſi largiaris ei qui conſpiret adverſus patriam, qui congregare cupiat tuo ſumptu perditos, qui impugnet Eccleſiam. Non eſt hæc probabilis liberalitas, ſi adjuves eũ, qui adverſus viduam & pupillos gravi decernit jurgio, aut vi aliqua poſſeſſiones eorum eripere conatur. Non probatur largitas, ſi quod alteri largitur, alteri quis extorqueat: ſi injuſtè quærat, & juſtè diſpenſandum putet.

Fundamentum habeat liberalitas tua.

Nec illa perfecta eſt liberalitas, ſi jactantiæ cauſâ magis quàm miſericordiæ largiaris.

Affectus tuus nomen imponit

operi tuo. Quomodo à te proficiſcitur, ſic æſtimatur.

Perfecta eſt liberalitas, ubi ſilentio quis tegit opus ſuum, & neceſſitatibus ſingulorum occultè ſubvenit, quem laudet os pauperis, & non labia ſua.

Perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore commendatur, ut primùm opereris circa domeſticos fidei.

Etſi omnibus debetur miſericordia, tamen juſto ampliùs.

Affectus divitem collationem aut pauperem facit, & pretium rebus imponit.

Melius eſt ut ipſe ſubvenias tuis, quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitati, non tamen ut illi ditiores eo fieri velint, quod tu conferre potes inopibus.

Neminem debet pudere, ſi ex divite pauper fiat, dum largitur pauperi: quia *Chriſtus pauper factus eſt, cùm* (2.Cor 8) *dives eſſet, ut nos ſua inopia ditaret.*

Quantumvis acquirat, eget ſemper, qui plus concupiſcit.

Non multum eſt, quod pauperem paſcit.

Non

Non onerat gratia, ſed allevat mentem.

Multi ſunt, qui ab altitudine cordis ſui gravius corruerunt, quàm ſi nullam habuiſſent Domini gratiam.

Conſideranda etiam in largiendo ætas, atque debilitas, nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales: ut ſenibus plus largiaris, qui ſibi labore jam nonqueunt victum quærere.

Superiorem non eſſe in referendo beneficio, hoc eſt minorem eſſe: quoniam qui prior contulit, tempore ſuperior eſt, humanitate prior. Unde imitanda nobis eſt in hoc quoque natura terrarum, quæ ſuſceptum ſemen multiplicatiori ſolet numero reddere, quàm acceperit. Cap 31.

Terra aut ſpontaneos fructus germinat, aut creditos uberiore cumulo refundit ac reddit.

Non dare cuiquam vix licet: non reddere verò non licet.

Qui jucundior cibus quàm facere voluntatem Dei?

In beneficio reddendo plus animus quàm cenſus operatur: magiſque præponderat benevolentia, quàm cap. 32.

poſſibilitas referendi muneris. Gratia in eo ipſo, quod habetur, refertur.

cap. 33. Multùm ad cumulandam ſpectat benevolentiam, neceſſitudo gratiæ. Adjuvant etiam parum ſtudia virtutum.

Benevolentia etiam morum facit ſimilitudinem.

Habet in ſe benevolentia etiam fortitudinem. Nam cum amicitia ex benevolentiæ fonte procedat, non dubitat pro amico gravia vitæ ſuſtinere pericula.

cap. 34. Tantùm valet benevolentia, ut plerumque pignora vincat naturæ.

cap. 35. Eſt fortitudo velut excelſior cæteris, ſed nunquam incomitata virtus. Non enim ſeipſam committit ſibi, alioquin fortitudo ſine juſtitia iniquitatis materia eſt. Quo enim validior eſt, eo promptior eſt, ut inferiorem opprimat.

cap. 36. Qui non repellit à ſocio injuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ille qui facit.

Eſt fortis, qui ſe in dolore aliquo conſolatur.

Jure ea fortitudo vocatur, quando unuſquiſque ſeipſum vincit, iram

continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non adverſis perturbatur, non extollitur ſecundis, & quaſi vento quodam variarum rerum circumfertur mutatione.

Moriatur caro noſtra, ut in ea omnis culpa moriatur, & quaſi ex mortuis viventes novis reſurgamus operibus ac moribus. *cap. 37.*

Omnia ſupplicia graviorum ſuppliciorum vitantur formidine. *cap. 38.*

Niſi explorentur adverſa, citò occupant.

Ut in bello improviſus hoſtis vix ſuſtinetur, & ſi imparatos inveniat, facile opprimit: ita animum mala inexplorata plus frangunt. *cap. 43.*

Ut æqualium uſus dulcior, ita ſenum tutior eſt. *cap. 44.*

Sæpe quod alterum decet, alterum non decet.

Amat unuſquiſque ſequi vitam parentum.

In lubrica ætate difficilior abſtinentia.

Præſentia plures quàm futura præferunt.

Quod decet, honeſtum eſt: & quod honeſtum eſt, decet: ut magis in ſer- *cap. 45.*

mone diſtinctio ſit, quàm in virtute diſcretio. Differre enim ea inter ſe intelligi poteſt, explicari non poteſt.

cap. 46. In fabrica humani corporis grata eſt uniuſcujuſque membri portio. Sed plus in commune compoſitio membrorum apta delectat, quòd ita ſibi quadrare & convenire videātur.

Neglig re bonorum judicia, vel arrogantiæ, vel diſſolutionis eſt.

cap. 48. Umbra in lege, imago in Evangelio veritas in cæleſtibus. Ante agnus offerebatur, offerebatur vitulus: nunc Chriſtus offertur, ſed offertur quaſi homo, quaſi recipiens paſſionem; & offert ſeipſe quaſi ſacerdos, ut peccata noſtra dimittat.

cap. 50. Pleriſque mirum videtur, cur etiam ante Baptiſmum iterato conjugio ad electionem muneris & ordinationis prærogativam impedimenta generentur, cum etiam delicta obeſſe non ſoleant, ſi lavacri remiſſa fuerint Sacramento. Sed intelligere debemus, quia in Baptiſmo culpa dimitti poteſt, lex aboleri non poteſt. In conjugio non culpa, ſed lex eſt. Quod culpæ eſt igitur, in Baptiſmate relaxatur, quod legis

eſt, in conjugio non ſolvitur.

Eſt contra officium nonnunquam ſolvere promiſſum, ſacramentum cuſtodire: ut Herodes qui juravit quoniam quicquid petitura eſſet, daret filiæ Herodiadis, & necem Joannis præſtitit, ne promiſſum negaret.

Adulterium non ſolum facti colluvione, ſed etiam aſpectus intentione committitur.

Eſt beatitudo & in doloribus, quos plena ſuavitatis virtus comprimit & coërcet: ipſa ſibi domeſticis opibus abundans, vel ad conſcientiam, vel ad gratiam. *l.2.cap. 4.*

Sicut nulla virtuti deceſſio beatitudinis per dolorem, ita etiam acceſſio per voluptatem corporis, aut commodorum gratia.

Non in paſſione eſſe, ſed victorem eſſe paſſionis beatum eſt. *Cap. 5.*

Juſtum eſt ut ſerviamus Chriſto, qui nos redemit. *Cap. 6.*

Neceſſe eſt ut præſtantior ſit à quo conſilium petitur, quàm ille eſt, qui petit. Quid enim conſulas hominē, quem non arbitraris poſſe melius aliquid reperire, quàm ipſe intelligis? *Cap. 8.*

cap. 11. Degeneres animos vita arguit.

cap. 15. Summa liberalitas, captivos redimere, eripere ex hoſtium manibus ſubſtrahere neci homines, & maximè fœminas turpitudini, reddere parentibus liberos, parentes liberis, cives patrię reſtituere.

Præcipua eſt liberalitas, redimere captivos, & maximè ab hoſte barbaro, qui nihil deferat humanitatis ad miſericordiam, niſi quod avaritiæ reſervaverit ad redemptionem: æs alienum ſubire, ſi debitor ſolvendo non ſit, atque artetur ad ſolutionem, quæ ſit jure debita, & inopia deſtituta: enutrire parvulos, pupillos tueri.

Sunt etiam qui virgines orbatas parentibus tuendæ pudicitiæ gratia connubio locent, nec ſolum ſtudio, ſed ſumptu adjuvent.

Eſt duplex liberalitas, una quæ ſubſidio rei adjuvat, ideſt, uſu pecuniæ: altera quæ operarum collatione impenditur, multo frequenter ſplendidior, multóque clarior.

cap. 16. Nuſquam major aviditas petitionis. Veniunt validi, veniunt nullam cauſam niſi vagandi habentes, &

volunt ſubſidia vacuare pauperum, exinanire ſumptum, nec exiguo contenti, majora quærunt, ambitu veſtium captante petitionis ſuffragium, & natalium ſimulatione licitantes incrementa quæſtuum. His ſi quis facilè deferet fidem, citò exinanit pauperum alimoniis profutura compendia. Modus adſit largiendi, ut nec illi inanes recedant, neque tranſcribatur vita pauperum in ſpolia fraudulentorum. Ea ergo menſura ſit, ut neque humanitas deſeratur, nec deſtituatur neceſſitas.

Plerique ſimulant debita: ſit veri examen. Exutos ſe per latrocinia deplorant: aut injuria fidem faciat, aut cognitio perſonæ, ut propenſiùs juventur.

Non ſolàs aures præbere debemus audiendis precantium vocibus: ſed etiam oculos conſiderandis neceſſitatibus.

Plus clamat operatori bono debilitas, quàm vox pauperis.

Videndus eſt ille qui te non videt, requirendus ille, qui erubeſcit videri. Ille etiam clauſus in carcere occurrat tibi, ille affectus ægritudi-

ne mentem tuam perſonet, qui aures non poteſt.

Scio pleroſque Sacerdotes, quo plus contulerunt, plus abundaſſe.

Meliùs operatur pecunia in pauperis cico, quàm in divitis ſacculo.

Cave ne intra loculos tuos includas ſalutem inopum, & tanquam in tumulis ſepelias vitam pauperum.

cap. 17. Non indocta humilitas, ſed quæ habeat ſui modeſtiam & ſcientiam, laudi datur. Eſt enim humilitas formidinis, eſt & imperitiæ, atque ignorantiæ.

cap. 15. Quales haberi volumus, tales ſimus, & qualem affectum habemus, talem aperiamus.

cap. 27 Cum dolore amputatur etiam quæ putruit pars corporis.

cap. 28. Qui ſine auro miſit Apoſtolos, Eccleſiam ſine auro congregavit.

Aurum Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget, & ſubveniat in neceſſitatibus.

Verè illa ſunt vaſa precioſa, quę redimunt animas à morte.

Ille verus theſaurus eſt Domini, qui operatur quod ſanguis ejus operatus eſt.

Calix

Calix ab hoſte redimat, quos ſanguis à peccato redemit.

Quando juſtus ſolus eſt, qui cum Deo ſemper eſt? Quãdo ſolitarius eſt, qui nunquam ſeparatur à Chriſto? *l. 3. c. 1.*

Subvenire non habenti, humanitatis eſt: duritiæ autem, plus extorquere quàm dederis. Etnim ſi inops auxilio tuo eguit, quia non habuit unde de ſuo redderet, nonne impium eſt, ſi ſub humanitatis ſimulatione amplius ab eo poſcas, qui non habebat unde minus ſolveret? Abſolvis igitur alteri debitorem, ut condemnes tibi: & hanc humanitatem vocas, ubi eſt iniquitatis auctio? *Cap. 3.*

Quis latro deteſtabilior, quàm perſecutor qui venerat ut Chriſtum occideret? ſed noluit ſe Chriſtus perſecutorum defendi vulnere, qui voluit ſuo vulnere omnes ſanare. *Cap. 4.*

Omne quod arte elicitum & fraude compoſitum eſt, caret merito ſimplicitatis. *Cap. 9.*

Si non poteſt alteri ſubveniri, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum juvari, quàm gravari alterum.

Qui alterum peccati arguit, ipſe à peccato debet alienus eſſe. *Cap. 21.*

*Cap.*12. Melius eſt non vovere, quàm vovere id quod ſibi, cui promittitur, nolit exolui.

*Cap.*16. Sunt bonæ correptiones, & plerúque meliores, quàm tacita amicitia.

Errantem amicum corripe, innocentem ne deſeras.

Amicitia neſcit ſuperbiam.

Solatium vitæ hujus eſt, ut habeas cui pectus aperias tuum, cum quo arcana participes, cui committas ſecretum pectoris.

Non poteſt homini amicus eſſe, qui Deo fuerit infidus.

Inter diſpares mores non poteſt eſſe amicitia.

Sicut adulationis fugitans amicitia debet eſſe, ita etiam aliena inſolétiæ.

Meliores amicitiæ ſunt inopum plerumque, quàm divitum.

Non eſt vera amicitia, ubi eſt fallax adulatio.

Erga pauperem nemo aſſentator eſt; Verum eſt quicquid defertur pauperi: hujus amicitia invidia vacat.

Nihil occultat amicus, ſi verus eſt.

Inimicus vitari poteſt, amicus non poteſt, ſi inſidiari velit.

In Sym. Omne quod eſt, aut neque natum,

neque factum eſt : aut natum & factum non eſt: aut factum & natum non eſt : aut factum & natum, & renatum eſt : aut factum & natum, & renatum non eſt. *b: lum Apoſtol Tract. Cap. 3.*

Qui potuit non mori, ſi noluiſſet, procul dubio, quia voluit mortuus eſt. *Cap 13.*

Non neceſſitate crucem Dominus Chriſtus, ſed voluntate ſuſtinuit.

Non divinitas crucifixa, ſed caro eſt. *De fid.: L.1.c.7.*

Fucum faciunt, qui non audent explicare quod ſentiunt. *Cap. 8.*

Poculo naturali homines inebriati quietem diligunt, timorem mortis expellunt, injurias non ſentiunt, aliena non quærunt, ſuorum obliviſcuntur. *Cap. 9.*

A fontis meatu magnitudo plerumque decurrentis fluminis æſtimatur. *Lib. 2. Proam.*

Mihi expedi ut judicem meum bonum arbitrer. *cap. 1.*

Sæpe flectit humanitas, quos nec virtus potuerit ſuperare, nec ratio. *cap. 4.*

Grande remedium, ſolatium habere de Chriſto. *Lib. 3. cap. 4.*

Chriſtus nobis via eſt. *Lib. 4.*

Multæ ſunt impoſſibilitatum diffe- *Cap. 3.*

rentiæ. Eſt aliquid natura impoſſibile, & eſt aliquid quod eſt poſſibile per naturam, impoſſibile per infirmitatem. Eſt etiam tertium quod ſit poſſibile per corporis & animi firmitatem, impoſſibile per imperitiam aut impotentiam.

Eſt etiam quod per definitionem immutabilis propoſiti & conſtantis perſeverantiam voluntatis, atque amicitiæ fidẽ, ſit impoſſibile mutari.

Et Arianos ſe negare conſuerunt, qui proponunt Arij quæſtiones.

Nullum Deo crediſſe pœnituit.

De Sp. S. l. 3. Cap. 7. Præſtant privatis publica.

De obitu fratris ſui Satyr. l. 1. Propterea pro omnibus ſecundum carnem Chriſtus eſt mortuus, ut nos non ſolis nobis vivere diſceremus.

Nihil intereſt utrum abjures depoſitum, an doleas reſtitutum.

Magnum pietatis myſterium, ut mors corporis nec in Chriſto eſſet excepta: ac licet naturæ Dominus, carnis tamen, quam ſuſceperat, legem non recuſaret.

Lætandum eſt magis, quòd talem fratrem habuerim, quàm dolendum quòd fratrem amiſerim.

In *Chriſto* & ſumma univerſitatis,

& portio ſingulorum eſt.

Non ſolus dolor lacrymas habet, habet & lætitia lacrymas ſuas.

Non amitti, ſed præmitti videntur, quos non abſumptura mors, ſed æternitas receptura eſt.

Mors non naturæ, ſed vitæ iſtius finis eſt.

Ipſæ dulces lacrymæ ſunt, ipſi fletus jucundi quibus reſtinguitur ardor animi, & quaſi relaxatus evaporat affectus.

Flere in oratione virtutis eſt.

Ferventi plagæ auſteriora adhibita medicamenta exaſperant magis, quàm leniunt dolorem. *De fide Reſurr. Liber.*

Ferendo probatur patientia magis, quàm reſiſtendo.

Mors æqualis eſt omnibus, indiſcreta pauperibus, inexpectata divitibus.

Ne recuſemus ærumnam, ut perveniamus ad gratiam.

Fuiſſe etiam quidam feruntur populi qui ortus hominum lugerent, obituſque celebrarent. *Herod. l. 5 Hiſt.*

Lyciorum feruntur eſſe præcepta, quæ viros jubeant muliebrem veſtẽ induere, ſi mærori indulgeant: eo *Plutarc. in lib. de Cõſola. ad Apol.*

quòd mollem & effœminatum judicaverint in viro luctum.

Depone mærorem, ſi potes: ſi non potes, include. Aut abſorbendus omnis, aut premendus eſt dolor.

Non mediocre malum eſt metus mortis.

Illud frequens in mulieribus ut clamores publicos ſerant, quaſi metuant ne earum ignoretur ærumna, ut illuviem veſtis affectent, quaſi in ea ſit ſenſus dolendi, ut impexum ſordibus immadident caput, ut poſtremo (quod pleriſque in locis vulgo fieri ſolet) diſciſſo amictu, diloricata veſte, ſecreta pudoris nuda proſtituant: quaſi ipſum lenocinentur pudorem; quia pudoris ſui præmia perdiderunt. Sic procaces oculi provocantur ut concupiſcant, ut amare incipiant membra nudata: quæ ſi non aſpicerent, non amarent.

Latet plerumque ſubtriſti amictu mentis laſcivia, & deformis horror veſtis obtexitur, ut ſecreta petulantium tegantur animorum.

Satis piè virum luget, quæ ſervat pudorem, non deſerit fidem.

Hæc bene defunctis officia impen-

duntur, ut vivant in mentibus, in affectu perſeverent.

Non amiſit virum, quæ exhibet caſtitatem: non eſt viduata conjugio, quæ non mutavit nomen mariti.

Solve pauperi, quod debetur heredi, ut non ſolùm maternæ aut paternæ ſenectutis, ſed etiam vitæ propriæ ſit ſuperſtes. Plus ſucceſſori tuo relinquis, ſi portio ejus non ad luxum præſentium proficiat, ſed ad pretium futurorum.

Tenera amoris eſt titillatio, quæ improviſum affectum excitat.

Quia pium videtur deſiderare quod amiſeris, ſpecie virtutis adolevit infirmitas.

Plerumque dubia plus fatigant, quàm ubi periculi metus integer; graviuſque eſt timere ne acciderit, quàm tolerare, quod jam noveris accidiſſe. Alius enim ſummam formidinis coacerbat, alius finem expectat doloris.

Quàm plerumque ſuorum tædet votorum, & optati pœnitet, ut doleat impetratum, quod non impetrare metuebat.

Si mors carnis & ſæculi nos ab-

ſolvit ærumnis, utique malum non eſt, quæ libertatem reſtituit, excludit dolorem.

Petrus quamvis plenus fide devotionis, tamen quia nondum conſcius noſtræ infirmitatis præſumptivè di-
Joan. 3. xerit Domino: *Animam meam pro te ponam*, tentationem præſumptionis antequam Gallus tertiò cantaret, incurrit. Licet ipſa tentatio documentum fuerit ad ſalutem, ut diſcamus non contemnere carnis infirmitatem, ne contemnendo tentemur.

Quid eſt mortis meditatio, niſi quædam corporis & animæ ſegregatio?

Secundum ſcripturas triplicem eſſe mortem accipimus. Una eſt cum morimur peccato, Deo vivimus. Beata mors, quæ culpæ refuga, Domino dedita, à mortali nos ſeparat, immortali nos conſecrat. Alia mors eſt vitæ hujus exceſſus, cum anima nexu corporis ſeparatur. Tertia
Math. 8 mors eſt, de qua dictum eſt: *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos*. Ea morte non ſolùm caro, ſed etiam anima
Ezech. 8 moritur. *Anima enim quæ peccat ipſa morietur*. Moritur enim Domino,

quærat præmium, quàm certamen fuerit abſolutum?

Inde incipit beatitudo judicio divino, unde ærumna æſtimatur humano.

Qui non ſubſcripſerint ad coronam, non tenentur ad laborem certaminis: qui in ſtadium non deſcenderint, non ſe perfundunt oleo, non obliniunt pulvere.

Quos manet gloria, expectat injuria.

Noli ut parvulus ſapere, ut parvulus loqui, ut parvulus cogitare, ut parvulus tibi vindicare ea quæ ſunt poſterioris ætatis.

Eſt bonorum adoleſcentium timorem Dei habere, deferre parentibus honorem, habere ſenioribus reverentiam, caſtitatem tueri, non aſpernari humilitatem, diligere clementiam ac verecundiam, quæ ornamento ſunt minori ætati. *cap. 17.*

Pulchra virtus verecundiæ, & ſuavis gratia, quæ non ſolum in factis, ſed etiam in ipſis ſpectatur *cap. 18.*

ſermonibus.

Speculum mentis plerumque in verbis refulget.

Ipſum vocis ſonum libret modeſtia, ne cujuſquam offendat aurem vox fortior.

Silentium ipſum, in quo reliquarum virtutum ocium, maximus actus verecundiæ eſt. Si aut infantiæ putatur, aut ſuperbiæ, probro datur: ſi verecundiæ, laudi ducitur.

Eſt & in oculis verecundia, ut nec videre viros femina, nec videri velit.

Eſt verecundia pudicitiæ comes, cujus ſocietate caſtitas tutior eſt.

Bonus regendæ caſtitatis pudor eſt comes: qui ſi ſe prætendat ad ea, quæ prima pericula ſunt, pudicitiam temerari non ſinat.

In ipſa quoque oratione noſtra multum verecundia placet, multum conciliat gratiæ apud Deum noſtrum. Nonne hæc prætulit Publicanum, & commendavit

Reſurget natura eadem, jam ſtipendiis mortis honoratior.

Prima reſurrectionis fides, uſus eſt mundi, rerumque ſtatus omnium, generationum ſeries, ſucceſſionum vices, obitus ortuſque ſignorum, diei & noctis occaſus, eorumque quotidie quaſi rediviva ſucceſſio.

Ex natura eſt reſurgere naſcentia omnia, contra naturam interire.

Non egent humanis divina myſteria.

Non merita perſonarum conſideres, ſed officia Sacerdotum. *De Initiandis lib. cap. 5.*

Non minus eſt novas rebus dare, quam mutare naturas. *Cap. 9.*

In Chriſtiano viro prima eſt fides. Ideo rectè fideles dicuntur, qui baptizati ſunt. *De Sacram. lib. 1. Cap. 1.*

Etſi in Cælo præmium, hîc tamen meritum præmij colligitur. *Cap. 2. Al. col. locatur.*

Fides æternum patrimonium eſt. *In baptiſmo.*

Tu ſemper recordare quid promiſeris.

Hæc ideo dicuntur, ut Sacerdotij gloriam prędicemus, non ut perſonæ meritis arrogetur. *l. 3.*

Friget ſapientia ſine gratia. *Cap. 1.*

Omnes quidem ſancti Evangeliſtę, *Cap. 2.*

omnes Apoſtoli pręter proditorem, omnes Sancti. Tamen ſanctus Joannes, qui ultimus ſcripſit Evangelium, quaſi neceſſarius requiſitus & electus à Chriſto, majore quædam tuba fudit æterna myſteria. Quicquid locutus eſt, myſterium eſt.

lib. 4. *Cap.* 4. Non erat corpus Chriſti ante conſecrationem, ſed poſt conſecrationẽ dico tibi quod jam corpus eſt Chriſti

cap. 5. Antequam conſecretur, panis eſt: ubi autem verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti. Et ante verba Chriſti, Calix eſt vini & aquæ plenus: ubi verba Chriſti operata fuerint, ibi Sanguis efficitur, qui plebem redemit.

Dicit tibi Sacerdos: Corpus Chriſti: Et tu dicis: Amen; hoc eſt verum. Quod confitetur lingua, teneat affectus.

Qui ſemper pecco, ſemper debeo habere medicinam.

lib. 5. *Cap.* 2. Non potes ſequi Chriſtum, niſi ipſe attrahat.

Cap. 3. Vino qui inebriatur, vacillat & titubat: Spiritu qui inebriatur, radicatus in Chriſto eſt. Et ideo præclara ebrietas, quæ ſobrietatem mentis operatur.

Nolite putare mediocris eſſe virtutis, ſcire quemadmodum oretis. *cap. 4.*

Prædicare quod acceperis, non eſt ſuperbia, ſed devotio.

Cælum eſt ibi, ubi ceſſavit culpa. Cælum eſt tibi, ubi flagitia feriantur. Cælum eſt ibi, nullum mortis eſt vulnus.

Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis, quemadmodum Græci in Oriente facere conſuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi proſit. Sic vive ut quotidie merearis accipere. qui non meretur quotidie accipere, non meretur poſt annum accipere.

Qui vulnus habet, medicinam requirit.

Potes ubique orare, & in cubiculo tuo ſemper orare. Habes ubique cubiculum tuum. Etſi inter gentes, inter Judæos potitus ſis, habes tamen tuum ubique ſecretum. Cubiculum tuum mens tua eſt. In populo licet poſitus, tamen in interiore homine arcanum tuum ſecretumque conſervas. *l. 6. cap. 3.*

Intra in receſſum pectoris tui, totus ingredere.

cap. 5. Quando oras, divina humanis præferre te convenit.

Inchoari oratio debet à Dei laude, ut roges omnipotentem, cui poſſibilia ſunt omnia, qui habet voluntatem præſtandi.

Prima oratio laudem debet habere Dei. Secunda ſupplicationem. Tertia poſtulationem. Quarta gratiarum actionem. Non debes quaſi famelicus à cibo primum incipere, ſed ante à laudibus Dei.

Si Deus in nobis regnat, locum habere adverſarius non poteſt.

De Dignitate Sacerdotali. lib cap. 2. Dignum eſt ut dignitas Sacerdotalis priùs noſcatur à nobis, ſic deinde ſervetur à nobis.

Nomen congruat actioni: actio reſpondeat nomini.

cap. 3. Ruina, quæ de alto eſt, graviori caſu collidit.

Magna ſublimitas magnam debet habere cautelam.

Honor grandis grandiori debet ſollicitudine circumvallari.

Licet omnium hominum opera Deus in ſuo examinet judicio, plus tamen ab eo exigitur cui plus committitur.

Nemo poteſt bene agere pœnitentiam, niſi qui ſperaverit indulgentiã. *De Pœnitentia contra Novat. lib. 1. cap. 4.*

Qui culpam exaggeravit, exaggeret pœnitentiam.

Sæpe in hoc Athletarum ſeculari certamine, etiam victos quorum fuerint certamina probata, vulgus hominum cum victoribus coronare conſuevit, maximè quos viderit forte dolo aut fraude excluſos victoria. *Cap. 2.* *Cap. 3.*

Non Deus alienis aſſertionibus, ſed ſuis æſtimandus eſt vocibus. *Cap. 4.*

Ægritudo carnis peccatum repellit. *Cap. 13.*

Non vidiſſe crimen eſt, cavendum ne origo ſit criminis.

Bonus pudor, qui ipſos corporis oculos ſic premere cõſuevit, ut ſæpe non videamus etiam quod videmus.

Animus noſter culpæ eſt author: innocens caro, ſed plerumque peccati miniſtra. *Cap. 14.*

Multa retia tenduntur à Diabolo, multi laquei. Ipſi nobis tendimus retia, quibus involuimur, & implicamur.

Paſcitur libido conviviis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate inflammatur.

Cap. 16. Omne ſtudium torpeſcit dilatione.

cap. 17. Mortuus peccato, Deo vivit.

l. 2. Fleamus ad tempus, ut exultemus in æternum.

Cap. 7.

cap. 8. Qui lapſu alieno gaudet, Diaboli gaudet victoria.

Doleamus cum audivimus periiſſe hominem, pro quo Chriſtus mortuus eſt, qui nec in meſſe ſtipulam gligit.

Aliud eſt mereri, aliud præſumere.

Præſumptio arroganti eſt propior quàm roganti.

Plura ſolvendi habet ſubſidia, qui Deo; quàm qui homini debet. Homo peccunia repoſcit quæ non ſemper debitori præſto eſt: Deus affectum exigit, qui in tua poteſtate eſt. Nemo pauper eſt qui Deo debet, niſi qui ſeipſum pauperem fecerit. Et ſi non habet, quæ vendat habet quæ ſoluat.

Cap. 9. Quid prodeſt collatio patrimonij ſine gratia charitatis?

Eos qui pœnitentiam agunt, hoc ſolum timere oportet, ne ipſius pœnitentiæ agant pœnitentiam.

Sunt etiam, qui arbitrentur hanc eſſe abſtinentiam, ſi abſtineant à Sa-

cramentis

cramentis cæleſtibus. Hi ſeueriores in ſe judices ſunt, qui pœnam præſcribunt, ſi declinant remedium, quos vel pænam ſuam conveniebat dolere, quia cæleſti fraudarentur gratia.

Alij propoſita ſpe agendæ pœnitentiæ licentiam ſibi delinquendi propagatam putant, cum pœnitentia remedium peccati ſit, non peccandi incentivum. Vulneri enim medicamentum neceſſarium eſt, non vulnus medicamento: quia propter vulnus medicamentum quæritur, non propter medicamentum vulnus deſideratur.

Infirma ſpes, quæ tempori committitur, cùm omne tempus incertum ſit, non omni ſpes tempori ſit ut ſuperſtes.

Amat Chriſtus, ut pro uno multi rogent. *cap.10.*

Uſus doloris ablegat luxuriam criminis, erroris delicias.

Dum dolemus admiſſa, admittenda excludimus, & fit quædam de condemnatione culpæ diſciplina innocentiæ.

Faciliùs inveni qui innocentiam

ſervaverint , quam qui congruè egerint pœnitentiam.

An quiſquam illam pœnitentiam putat, ubi acquirendæ ambitio dignitatis, ubi vini effuſio, ubi ipſius copulæ conjugalis uſus? Renuntiandum ſæculo eſt, ſomno ipſi minus indulgendum, quàm natura poſtulat, interpellandus eſt gemitibus, interrumpendus eſt ſuſpiriis, ſequeſtrandus eſt gemitibus, vivendum ita, ut vitali huic moriamur uſui, ſeipſum homo abneget, & totus immutetur: ſicut quemdam adoleſcentem fabulæ ferunt propter amores meretricis peregrè profectum, & abolito amore regreſſum, poſtea veteri occurriſſe dilectæ, quæ ubi non interpellata, mirata putaverit non recognitam, rurſus occurrens dixerit: Ego ſum: reſponderit ille: ſed ego non ſum ego.

Cap. 11. Melius eſt ut habeam quod ſarciã, quàm non habeam quo veſtiar.

Adam poſt culpam ſtatim de Paradiſo Deus ejecit, non diſtulit, ſed ſtatim ſeparavit à deliciis, ut ageret pœnitentiam, ſtatim tunicam veſtivit pelliceam, non ſericam.

Melius eſt tunc quieſcere, cùm exercere non queas opera pœnitentiæ, ne in ipſa pœnitentia fiat quod poſtea indigeat pœnitentia. Quæ ſi ſemel fuerit uſurpata, nec jure celebrata, nec prioris fructum obtinet, & aufert uſum poſterioris.

Cum caro repugnat, mens ad Deum debet eſſe intenta.

Non mediocris virtus tacere. *De inſtitatione Virginis. lib. cap. 1.*

Virginitatis dos quædam eſt verecundia, quæ commendatur ſilentio.

Juſtus non proditionem criminis metuit, ſed contagionem.

Dominica oratio omnia comprehendit. *Cap. 2.*

Nihil in beſtiis plus reperias, quàm quod videtur: in homine nihil eſt inferius, quàm quod videtur. *Cap. 3.*

Erroris medicina, confeſſio eſt. *Cap. 4.*

Non defloratio virginitatis facit conjugium, ſed pactio conjugalis. *Cap. 6.*

Maluit Dominus aliquos de ſua generatione, quàm de matris pudore dubitare.

Mariæ tanta gratia, ut non ſolum in ſe virginitatis gratiam reſervaret, ſed etiam his quos viſeret, integritatis inſigne conferret. *Cap. 7.*

Porta Maria, per quam Chriſtus intravit in hunc mundum, quando virginali fuſus eſt partu, & genitalia virginitatis clauſtra non ſoluit. Manſit intemeratum ſeptum pudoris, & inviolata integritatis duravere ſignacula, cum exiret ex virgine, cujus altitudinem mundus ſuſtinere non poſſet.

cap. 17. In virginibus ſacris Angelorum vitam videmus in terris, quam in Paradiſo quondam amiſeramus.

Quid, *Pater gloriæ*, vel ad incitanda virginum ſtudia, confirmandamque virtutem, vel ad celebrandam virginitatis gloriam plus conferre potuiſti, quàm ut Deus ex virgine naſceretur?

De hortatione ad virginitatem tract. Qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta ſecum referunt. Chriſti noſtri principis triumphi, ſunt martyrum palmæ.

Nullùm ad commendationem hominis conditio affert impedimentũ.

An non ſumma gloria eſt, quando tali precio æſtimati ſumus, ut ſanguine Domini redimeremur?

Grave fœnus peccati eſt.

Sola eſt virginitas, quæ ſuaderi po-

teſt, imperari non poteſt. Res magis voti, quàm præcepti. quod enim gratiæ eſt, non jubetur, ſed deſideratur, electioniſque magis eſt, quàm ſervitutis.

Quæ nupſerit, ad ſervitutem pecunia ſua venditur. Meliori conditione mancipia, quàm conjugia comparantur. In illis meritum emitur ſervitutis, in iſtis pretium ad ſervitutem additur.

Quàm bonus eſt Dominus pro quo dulces & injuriæ sũt, & grata mors!

Omnis ſimplex obtrectare non novit, neſcit invidere, ſuo contentus eſt, aliena non quærit. Et ſi egeat, ſibi dives videtur, ſi ſuppetat quod alimento eſt ſatis.

Decet ſolitudo verecundiam: & gymnaſium pudoris ſecretum eſt.

Loqui in nobis eſt, audire ex aliena pendet poteſtate. Sæpe enim audimus quod nolumus.

Qui non jurat, utique non pejerat, qui autem jurat, aliquando neceſſe eſt incidat perjurium, quia omnis homo mendax.

Noli jurare, ne incipias pejerare.

Nec ipſam quidem liberiorem læ-

tiam in virginibus decet eſſe. Quæ ſi non habent quod fleant, lapſus fleant peccantium. Etenim quæ aliorum lapſus fleuerit, ſuos cavebit.

Multæ cum ſtudium caſtitatis profitentur, affectant adminicula pulcritudinis, ut comptiores prodeant nitidiore vultu quàm ſacras Domini decet.

Habemus nos ſacerdotes noſtram nobilitatem præfecturis & conſulatibus præferendam.

Sancta Sotheni Gaudebat diſpendio pulcritudinis, periculum integritatis auferri.

Val. Maxim l. 4 c. 5 de verecundia. Etruſcum juvenem veteres fabulæ ferunt, cum propter admirandam oris proprii pulcritudinem in amorem accenderet fœminas, ſtigmatibus inaraſſe vultum ſuum, ne quæ eum adamare poſſet.

Et bona loqui plerumque crimen eſt virginis.

Joſeph tacuit accuſatus, ut melius eum innocentia, quàm lingua defenderet.

Hîc quidem luctamur, ſed alibi coronamur.

Nemo feſtinat ad judicium, niſi de innocentia ſecurus, aut qui de labo-

re præſumit, cui aut gratia Domini, aut pia pro Chriſto certamina ſuffragantur.

Verè hæc eſt captivitas, ubi animæ à peccato captivæ ducuntur ad mortem, & à Diabolica dominatione poſſidentur. *De Virginis lapſu. tract. cap. 1.*

Non poteſt caro corrumpi, niſi mens fuerit ante corrupta.

Melius eſt nubere, quàm uri: Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Cæterum quæ ſe ſpopondit Chriſto, & ſanctum velamen accepit, jam nupſit, jam immortali juncta eſt viro. Et jam, ſi voluerit nubere, communi lege adulterii adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. *1. Cor. 7. Cap. 5.*

Pœnitudo lapſis neceſſaria eſt; ſicut vulneratis neceſſaria ſunt medicamenta. *cap. 8.*

Neceſſaria pœnitentia, quæ aut æquet crimina, aut certè excedat.

Pœnitentia non verbis agenda eſt, ſed & actu.

Amputentur crines, qui per vanam gloriam occaſionem luxuriæ præſtiterunt. Defluant oculis lacrymæ, qui maſculum non caſtè aſpe-

xerunt. Palleſcat facies, quæ quondam viruit impudicè: Denique totum corpus injuriis & jejuniis maceretur, cinere aſperſum, & opertum cilicio perhorreſcat, quia malè ſibi de pulcritudine placuit.

Peccator ſi ſibi ipſi non pepercerit, à Deo illi parcetur. Et ſi futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc parvo vitæ ſpatio compenſaverit, ſeipſum ab æterno judicio liberat.

Grandi plagæ, alta & prolixa opus eſt medicina.

Grande ſcelus grandem habet neceſſariam ſatisfactionem.

Ideo fortius eſt dolendum, quia peccatum eſt fortius.

cap 9. Multitudo ſociorum impunitatem non facit criminum.

cap. 10. Horribilis hæc impietas eſt carne polluere virginitatem, & caſtitatem profeſſam publicè.

De Virginibus lib. 1. Majore pudoris periculo auditur vox noſtra, quàm legitur; liber enim non erubeſcit.

Volente Deo etiam aſina locuta eſt.

Cur deſperandum quod Dominus loquatur in hominibus, qui eſt locu-

tus in ſentibus, nec rubum eſt dedignatus.

Nemo eſt laudabilior, quàm qui ab omnibus laudari poteſt.

Non ideo laudabilis virginitas; quia in martyribus reperitur, ſed quia ipſa martyres faciat.

Petulantior eſt talis integritas, cujus corruptela ſeniori ſervatur ętati.

Neſcit redimere caſtitatem, quæ vendere ſolet.

Pythagoræa quædam una ex virginibus celebratur fabulis, quæ cum à tyranno cogeretur ſecretum prodere, ne quid in ſe ab extorquendam confeſſionem vel tormentis liceret, morſu linguam abſci diſſe fertur, atque in tyranni faciem deſpuiſſe, ut qui interrogandi finem non faciebat, non haberet quam interrogaret. Eadem tamen forti animo, ſed tumenti utero, exemplum taciturnitatis, & proluvium caſtitatis victa eſt cupitatibus, quæ tormentis vinci nequivit.

In Cælo eſt patria caſtitatis. Itaque hîc advena, ibi incola eſt.

Non imperari poteſt virginitas, ſed optari. Nam quæ ſupra nos ſunt, in

voto magis, quàm in magiſtrio ſunt.

Jactet licet fœcundo ſe mulier nobilis partu : quò plus generaverit, plus laborat. Numerat ſolatio filiorum, ſed numeret pariter & moleſtias. Nubit & plorat. Qualia ſunt vota, quæ flentur ? Concipit, & graveſcit. Priùs utique impedimentum fœcũditas incipit afferre, quàm fructum. Parturit, & ægrotat. Quàm dulce pignus, quod à periculo incipit, & in periculis deſinit, priùs dolori futurum, quàm voluptati. Periculis emitur, nec pro arbitrio poſſidetur.

Virgo Dei Donum eſt, munus parentum, Sacerdotium caſtitatis. Virgo matris hoſtia eſt, cujus quotidiano ſacrificio vis divina placatur.

Corporis ſpecies virginalis, Spiritui conſecrata divino, formæ ſuæ acquirit augmentum.

Pulcritudinem quis poteſt majorem exiſtimare decore ejus, quæ amatur à Rege, probatur à Judice, dedicatur Domino, conſecratur Deo ? Semper ſponſa, ſemper innupta : ut nec amor finem habeat, nec damnum pudor.

Dives eſto, ſed pauperibus, ut naturæ participes tuæ, participes ſint etiam facultatum.

Quo ſanctior quiſque, eo munitior.

Caſtitas etiam Angelos facit. Qui eam ſervavit, Angelus eſt: qui perdidit, Diabolus.

Vobis virgines ſanctę ſociale præſidium eſt, quæ intemerato pudore ſacrum Domini ſervatis cubile. Neque mirum ſi pro vobis Angeli militant, quæ Angelorum moribus militatis. Meretur eorum præſidium caſtitos virginalis, quorum vitam meretur.

Cibus parcimoniæ, potus abſtinentiæ docet vitia neſcire, qui docet cauſas neſcire vitiorum. Cauſa peccandi etiam juſtos ſæpe decepit.

Perfectæ virtutis uſus magiſterium non deſiderat, ſed informat.

Nihil refert, auro corpus oneretur, an ferro.

Si vincis domum, vincis & ſæculum. *l.b. 2.*

Debet is qui docet, ſupra eum qui docetur excellere.

Primus diſcendi ardor nobilitas

eſt Magiſtri.

Bona domus in ipſo veſtibulo debet agnoſci.

Talis fuit Maria, ut ejus unius vita omnium ſit diſciplina.

Corpus Virginis Dei Templum eſt.

Pulcritudo audita nec viſa plus deſideratur, duobus ſtimulis cupiditatum, amoris & agnitionis: dum & nihil occurrit quod minùs placeat, & plus putatur eſſe quod placeat, quod non judex oculus explorat, ſed animus amator exoptat.

Tolerabilius eſt mentem virginem, quàm carnem habere.

Ubicumque virgo eſt, Dei templum eſt: nec lupanaria infamant caſtitatem, ſed caſtitas etiam loci abolet infamiam.

Habet & Chriſtus milites ſuos, qui etiam legiones habet.

Solent erubeſcere, qui lupanàr intraverint.

Vxor Lot naturam ſuam, quia impudicos, licet caſtis oculis reſpexit, amiſit.

Ibi eſt præſidium noſtræ ſalutis, ubi Chriſtus.

Mulieris caput vir, virginis Chriſtus.

Sententia ſententia ſuperiore mutatur.

Philoſophorum Gymnaſia Damonem & Pytham Pythagoræos in Cœlum ferut, quorum unum cum eſſet morti adjudicatus, commendandorum ſuorum tempus popoſcit. Tyrannus autem aſtutiſſimus, quod reperiri non poſſet petivit ut ſponſorem daret, qui proſe feriretur, ſi ipſe faceret moram. Quid eſt de duobus præclarius, neſcio. Utrumque præclarum: alter mortis vadem invenit, alter ſe obtulit. Itaque dum reus moram ſupplicio faceret, fidejuſſor vultu ſereno mortem non recuſavit. Cum duceretur, amicus revertitur, cervicem ſubſtituit, colla ſubjecit. Tunc admiratus tyrannus chariorem Philoſophis amicitiam, quàm vitam fuiſſe, petivit ut ipſe ab his quos damnaverat, in amicitiam reciperetur. Tanta virtutis eſt gratia, ut & tyrannum inclinaret.

Cicer. lib. 3. offic. & lib. 2. definib. Tuſcul. 5. Et Valer. Max. lib. 4. cap. 7.

Etiam in conjugiis temporalibus nubenti prius plauditur, quàm imperatur, ne ante dura offendant imperia, quàm blanditiis amor fotus noleſcat.

lib. 3. Eſcis omnibus, quæ gignant membris calorem, parcè utendum puto.

Carnes etiam aquilas volantes deponunt.

Deeſſe ſermonem virgini, quàm ſupereſſe malo.

Illud exemplum proditur, Alexandro ſacrificante Macedonum Rege, puerulum barbarum, qui ei lumen accenderet, excepiſſe ignē brachio, atque aduſto corpore manſiſſe immobilem, nec dolorem prodidiſſe gemitu, nec tacito pœnam indicaſſe fletu. Tanta in puero barbaro fuit diſciplina reverentiæ, ut naturam vinceret.

Non ſatis probabilis virgo eſt, quæ requiritur cum videtur.

Frequens ſermo eſt, cum plurima ranarum murmura religioſæ auribus plebis obſtreperent, ſacerdotem Dei præcepiſſe ut conticeſcerent, ac reverentiam ſacræ deferrent orationi: tunc ſubito circumfuſos ſtrepitus quieviſſe.

Mutatio laboris induciæ ſint quietis.

Vulgo hoc ferunt: Quod velis prolivè facere, aliquando ne feceris.

Debet eſſe aliquid, quod Quadrageſimæ diebus addatur; ſed ita ut nihil oſtentationis cauſa fiat, ſed religionis.

Certè ſolemnes orationes cum gratiarum actione ſunt deferendæ, cum è ſomno ſurgimus, cum prodimus, cum cibum paramus ſumere, cum ſumpſerimus, & hora incenſi, cum denique cubitum pergimus.

Ille qui Philoſophiæ ipſius nomen invenit, quotidie prius quàm cubitum iret, tibicinem jubebat molliora canere, ut anxia curis ſæcularibus corda mulceret. *Pytagoras.*

Symbolum quoque ſpecialiter debemus tanquam noſtri ſignaculum cordis antelucanis horis quotidie recenſere, quò etiam cum horremus aliquid, animo recurrendum eſt.

Unus eſt Chriſtus nobis ſpes, fides, charitas, ſpes in reſurrectione, fides in lavacro, charitas in ſacramento.

Remediorum mutatio, ſi juxta præceptum fiat medici, ſalutaris eſt: ſi contra mandatum uſurpetur, languoris augmentum eſt.

Saltet ſed adulteræ filia. Quæ verò pudica, quæ caſta eſt, filias ſuas re-

ligionem doceat, non ſaltationem.

Non ſola carnis virginitas virginẽ facit, ſed etiam mentis integritas.

Eſt præclara militia, quę regno cęlorum militat.

Nemo vel qui conjugium elegit reprehendat integritatem: vel qui integritatem ſequitur, condemnet conjugium.

Nec improbum, nec novum integritatis eſt ſtudium.

Caſtitatem non pœna cohibet, ſed religio auget, fideſque conſervat.

Omnis ætas habilis Deo, perfecta Chriſto.

Omnibus locis, omnibuſque temporibus non eſt prętermittenda medicina.

Intra domum Maria ab Angelo benedicitur: intra domum David ungitur in Prophetam.

Ubique Jeſus curat, ubique ſanat, in itinere, in domo, in deſerto. In itinere curatur quæ fimbriã tetigit: in domo Principis Synogogę filia reſerto turba ſanatur.

Non in ſe, ſed in nobis vulneratur Eccleſia.

In fluentibus divinis corporeus,

peregrinatur affectus, & uſus ille exterioris hominis exoleſcit.

Primitias vigiliarum tuarum Chriſto dicato: primitias actuum tuorum immola.

Amat Chriſtus diu requiri.

Vulnerat Dei verbum, ſed non ulcerat.

Omnia Chriſtus eſt nobis.

Illecebroſa jactantia eſt, quam etiam Paulus veretur: lubrica, quę etiam in Paulo cavetur.

Habet anima ſpiritales volatus, quę brevi momento totum percurrit orbem.

Diſcite in hoc mundo ſupra mundum eſſe.

Supra mundum eſt ille, qui tollit Deum in corpore ſuo.

Ea eſt natura pennarum, ut agitando ſe virtutem capiant.

Non ſemper exigeris, ſed ſemper debes. Sanguinem ſolvit *Chriſtus*, ſanguinem debes. Ille pro te ſolvit, tu pro te redde.

Bonus quidem ſervus debet pretiũ ſuum reparare Domino ſuo. Sed ſi non poteſt pretium reddere, vel hoc faciat, ne pretio videatur indignus.

Qui legem non didicit, & quę legis ſunt ſapit, ipſe ſibi lex eſt: Qui legem non didicit, & juxta legem loquitur, ab eo accipit, à quo ipſa lex venit.

Magna in diverſis virtutibus Dei gratia.

De Viduit. lib. Quodammodo magiſterium virginitatis viduarum valeſcit exemplis. Quę cum viro caſtum cubile cuſtodiunt, documento virginibus ſunt, integritatem Deo eſſe ſervandam.

Propemodum non inferioris virtutis eſt ab eo abſtinere conjugio, quod delectaverit, quàm conjugij oblectamenta neſcire.

Non ſimplex viduitatis laus eſt, niſi virtus etiam viduitatis accedat.

Vicina eſt lapſibus adoleſcentia, quia variarum æſtus cupiditatum fervorem calentis inflammat ętati.

Boni doctoris eſt materiam arcere peccati.

Prima inſtitutionis eſt diſciplina, culpam avertere, ſecunda virtutem infundere.

Eccleſia virgo, nupta, vidua.

Docemur triplicem caſtitatis eſſe virtutem, unam conjugalem, aliam

viduitatis, tertiam virginitatis.

Nemo plus tribuit, quàm qui nihil ſibi relinquit.

Spumant & muſta dum fervent, nec damnum putat agricola quod defluxerit.

Gementibus areis dum cæditur meſſis, frumenta deſſolliunt.

Temperantia virtus eſt fœminarũ.

Strenuos non ſexus, ſed virtus facit.

Eccleſia non armis ſęcularibus vincit adverſarias poteſtates, ſed armis ſpiritalibus, quę ſunt fortiora Deo ad deſtruendas munitiones & altitudinem nequitiæ ſpiritalis.

Arma Eccleſiæ fides, arma Eccleſiæ oratio eſt, quæ adverſarium vincit.

Caſtitas ſolitudinẽ quærit, pudica ſecretum, impudica conventum.

Melius eſt alterius culpam feras, quàm tuam prodas.

Nemo magis poteſt videre divina, niſi qui humilitatis conſcius ſuæ neſcit extolli.

Neſcit impedimentum, qui ſanatur Chriſto. Opus eſt ut remedium adhibeas quod acceperis.

Neque poteſt quiſquam peccatis

ſuis æger minimèque ſanus, immortalium ſanitatũ remedia miniſtrare.

Non prohibemus ſecũdas nuptias, ſed non probamus ſæpe repetitas.

Menſura oneris pro menſura debet eſſe geſtantis;alioquin impoſiti oneris ruina, ubi victoris infirmitas eſt.

Infantium fauces ſtrangulat eſca robuſtior.

Sicut multitudo vectorum non paucorum viribus æſtimatur,nec tamen fortioribus de aliorum infirmitate præſcribitur, ſed unicuique quantum oneris ſubire cupiat, relaxatur, manente mercedis cumulo in virtutis augmento: ita etiam fœminis non laqueus injiciendus, non ſupra vires abſtinentiæ gravioris vectura ſubeunda eſt, ſed relinquendum ut una quæque ſe pendat, non auctoritate aliqua præcepti, ſed incremento gratiæ provocata. Et ideo diverſis virtutibus merces diverſa propoſita eſt.

Præceptum in ſubditos fertur, conſilium amicis datur. Ubi præceptum eſt, ibi lex eſt: ubi conſilium, ibi gratia eſt. Præceptum, ut ad naturam revocet; conſilium ut ad gratiam provocet.

Duplex forma mandati eſt : una præceptiva, altera voluntaria.

Præceptum caſtitatis eſt, conſilium integritatis

Quid eſt generare alios liberos, niſi ſpoliare quos habes liberos, quibus pariter auferuntur pietatis officia, & compendia facultatum.

Generare liberos vis, non fratres futuros tuorum, ſed adverſarios filiorum.

Quandiu homini ea placent, quæ Deo diſplicent, voluntas ejus animalis eſt : quia etiam ſi in bonis moribus agat, male adhuc vivit, ſi non in Dei gloriam vivit. *De vocatione omniũ Gentiũ. l. 1. c. 2.*

Hoc eſt proprium & præcipuum piorum, ut in Domino glorientur, nec ſe niſi in Deo diligant.

Bene ſe amant, qui in ſe opera Dei amant. Nam & Deus hoc amat in nobis quod ipſe fecit.

Bona voluntas omnium virtutum germen eſt primum.

Nec placere ullus Deo ſine Deo poteſt. *cap. 3.*

Qui Deo non placet, cui niſi ſibi & Diabolo placet?

Quod in natura periit, non reſtitui-

tur niſi ab auctore naturæ, apud qué quod perdidit natura non periit.

Homo mortalis in Adam origine carnaliter natus ad ſpiritalem novi generis dignitatem niſi Spiritu ſancto regente non pervenit.

Ad magnam utilitatem fidelium materia eſt reſervata certaminum, ut non ſuperbiat ſanctitas, dum pulſatur infirmitas.

Nec incerta præſentia Dei eſt, nec mutabile conſilium, nec inefficax voluntas, nec falſa promiſſio.

Tutum eſt neſcire quod tegitur.

Cap. 5 Vileſceret redemptio ſanguinis Chriſti, nec miſericordiæ Dei humanorum operum prærogativa ſuccumberet, ſi juſtificatio quæ fit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur: ut non munus largientis, ſed merces eſſet operantis.

Certiſſimum eſt nihil aliter Deum facere debuiſſe, quàm fecerit.

Omnibus hominibus cujuſlibet generis, cujuſlibet conditionis, & ætatis cauſa percipiendæ gratiæ voluntas Dei eſt; apud quem ratio electionis abſcondita eſt, ab ea gratia incipientibus meritis, quam accepere ſine meritis.

Origo veræ vitæ veræque juſtitiæ in regenerationis eſt poſita Sacramento ut ubi homo renaſcitur, ibi etiam ipſarũ virtutũ veritas oriatur. *Cap. 7.*

Quæ Deus occulta eſſe voluit, non ſunt ſcrutanda: quæ autem manifeſta fecit, non ſunt neganda, ne & in illicitè curioſi, & in iſtis damnabiliter inveniamur ingrati.

Omnium hominum bonus conditor, juſtus eſt ordinator, neminem indebitè damnans, neminem debitè liberans: noſtra plectens cum punit noxios; ſua tribuens cum facit juſtos. *l. 2. c. 1.*

Magna eſt fortitudo conſenſionis, cui ad ſequendam veritatem authoritas ſufficit, etiam latente ratione.

Datur unicuique ſine merito unde tendat ad meritum, & datur ante ullum laborem unde quiſque mercedem accipiat ſecundum ſuum laborem. *cap. 2.*

Aliud eſt poſſe operari, aliud operari: & aliud eſt poſſe habere charitatem, aliud habere charitatem: & aliud eſt capacem eſſe continentiæ, juſtitiæ, atque ſapientiæ; aliud verò eſſe continentem, juſtum, atque ſapientem. Non itaque omnis repa-

rabilis reparatur, nec omnis ſanabilis ſanatur, quia reparebilem eſſe, de natura eſt: reparatum & ſanatum eſſe, de gratia eſt.

Bonum ipſius charitatis non ſemper ejuſmodi eſt, ut quicquid ad plenitudinem ipſius pertinet, ſimul à percipiente ſumatur.

Eſt amor qui poteſt alio amore ſuperari.

Sæpe dilectio Dei ex mundi dilectione marceſſit, niſi ad eum fervorem Spiritu ſancto inflammante profecerit, qui nullo extingui frigore, nullo poſſit tẽpore languere.

Cap. 8. Ubi inveſtigari non poteſt quare *Deus* ita judicet, ſufficiat ſcire quis judicet.

Cap. 9. Gratia Dei in omnibus juſtificationibus principaliter præeminet, ſuadendo exhortationibus, movendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inſpirando conſilium, corque ipſum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo. Sed etiam voluntas hominis ſubjungitur ei atque congungitur, quæ ad hoc prædictis eſt excitata præſidijs, ut divino in ſe

cooperetur

cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod ſuperno ſemine concepit ad ſtudium: de ſua habens mutabilitate, ſi deficit: de gratiæ opitulatione, ſi proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos, ſive occultos, ſive manifeſtos omnibus ad hibetur: & quod a multis refutatur, ipſorum eſt nequitiæ: quod autem à multis ſuſcipitur, & gratiæ eſt divinæ, & voluntatis humanæ.

Ipſa gratia hoc omni genere credendi atque auxiliandi agit, ut in eo quem vocat primam ſibi receptricem & famulam donorum ſuorum præparet voluntatem. Nam virtus nolentium nulla eſt.

Timor Domini, quantiſlibet terroribus inferatur, non aliud agit, quam ut quem fecerit timentem, faciat & volentem: nec ſolum volentem, ſed etiam ſapientem. Cum ergo hic timor etiam per quamdam vim magni terroris immittitur, non ibi ratio extinguitur, nec intellectus aufertur ſed illa potius, quæ mentē premebat, caligo diſcutitur, ut voluntas depravata prius atque captiva, recta efficiatur & libera.

S

Sicut animus nihil virtutis capit, niſi radium veri acceperit luminis: ita gratia nihil ei quem vocat cófert, niſi oculos in eo aperuerit volútatis.

Ab inſidianti ſuperbia nec ipſa eſt tuta victoria.

Licet innumeris ſanctis ſuis donet virtutem perſeverandi, uſque in finem divina protectio, à nullis tamen aufert quod ipſis repugnat ex ipſis: ut in omnibus ſtudiis eorùm atque conatibus ſemper inter ſe velle & nolle decertet.

Non ſolùm ab incipientibus verùm etiam a provectiſſimis ſanctis uniformiter Domino ſupplicatur & dicitur: *Ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.*

Sicut qui crediderint, juvantur ut in fine maneant: ſic & qui nondum crediderunt, juvantur ut credant. Et quemadmodum illi in ſua habent poteſtate ut exeant: ita & iſti in ſua habent poteſtate ne veniant. Diverſis atque innumeris modis omnes homines vult Deus ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Sed qui veniunt, Deus auxilio diriguntur; qui non veniunt,

ſua pertinacia reluctantur.

Deus iis quos elegit ſine meritis, dat unde ornentur & meritis. Et fruſtra dicitur, quod ratio operandi non ſit in electis, cum etiam adhoc operentur, ut electi ſint. Cap. 10

Virtutum munera otioſa eſſe non poſſunt.

Non ad hoc datur continentia, ut concupiſcentiis non repugnet.

Quis fructus eſt patentiæ, ſi non habet fortitudo quod toleret?

Pax quæ eſt à Deo, & cum Deo, nunquid bene quieta eſt, ſi non diſcordat à mundo? Aut amor Dei poterit ſine Diaboli inimicitiis obtineri?

Neminem prorſus Dei gratia intentabilem facit.

Orationum ſollicitudinem divinæ electionis propoſito non reſolvi, uno teſtimonio evidenter probabo, ut cætera ſtudio brevitatis omittam. In libro igitur Tobiæ, ad filium ejus Tobiam Raphaël Angelus dicit: *Memor eſto mandatorum patris tui, quoniam præcepit tibi accipere uxorem de genere patris tui. Et nunc audi me frater, noli computare dæmonium illud, ſed poſtula eam. Et ſcito quoniam dabitur* Tob. 6.

hac nocte uxor : & cum intraveris in cubiculum tolle de jecore piſcis illius, & impone ſuper carbones, & odor manebit, & odorabitur illud dæmonium, & fugiet, & non apparebit circa illam omnino in perpetuum. Et cum cœperis velle eſſe cum illa, ſurgite primùm ambo, & deprecamini Dominum Cœli, ut detur vobis miſericordia & ſanitas. Et noli timere, tibi enim deſtinata eſt ante ſæcula, & tu eam ſanabis.

Quamvis quod ſtatuit Deus nulla poſſit ratione non fieri, ſtudia tamen non tolluntur orandi : nec per electionis propoſitum liberi arbitrij devotio relaxatur : cum implendæ voluntatis Dei ita ſit præordinatus affectus ut per laborem operum, per inſtantiam ſupplicationum, per exercitia virtutum, fiant incrementa meritorum : & qui bona geſſerint, non ſolùm ſecundum propoſitum Dei, ſed etiam ſecundum merita ſua coronentur. Ob hoc enim in remotiſſimo ab humana cognitione ſecreto, præfinitio hujus electionis abſcondita eſt, & de nullo ante ipſius finem pronuntiari poteſt, quod in electorum gloria ſit futurus, ut per-

ſeverantem humilitatem utilis metus ſervet, & qui ſtat videat ne cadat: & ſi forte aliqua victus tentatione corruerit, non abſorbeatur triſtitia, nec de ejus miſeratione diffidat, qui allevat omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos. Dum enim in hoc corpore vivitur, nullius eſt negligenda correctio, nullius eſt deſperanda reparatio.

Hic affectus paternæ pietatis eſt, ut de abſentibus liberis non tam certa ſpe gaudeat, quam ſollicita cogitatione deſperet: & ſimul ac eos videre deſierit, amare plus noverit. *ſerm. 11.*

Amor inter præſentes gratus, inter abſentes moleſtus.

Lectus quidam noſter communis eſt terræ hujus ampliſſimum ſolum, in quo corpora noſtra depoſita tutiſſima ſede requieſcunt. In hoc autem lectulo mollius dormit quiſquis durius in vita geſſerit.

Multò melius eſt animam ornare virtutibus, quàm corpus pretioſis induere veſtibus. *ſerm. 2.*

Quiſquis violentior Chriſto fuerit, religioſior habebitur à Chriſto. *ſerm. 5.*

Mutet vitam, qui vult accipere *ſerm. 6.*

alius infirmus, cum ipſo in domo ſua præparet quod accipiat: & illos qui jejunare prævalent, ad prandiũ non invitet: quia ſi hoc fecerit, non ſolùm Deus, ſed etiam homines poſſunt intelligere illum non pro infirmitate jejunare non poſſe, ſed pro gula jejunare non velle. Sufficiat illi, quòd ipſe jejunare non prævalet, & magis cum gemitu & ſuſpirio & animi dolore manducet, pro eo quòd, aliis jejunantibus, ille abſtinere non poteſt.

Opus eſt unicuique infirmo, ſecretiùs aut ſibi ſoli, aut cum alio ſimiliter infirmo faciat præparari: quia non eum oportet ut aliquem ſanum roget ad prandium, ne ſibi augeat etiam de alterius gula peccatum. Pro eo tamen quòd non poteſt jejunare, amplius erogare pauperibus debet, ut peccata quæ non poteſt jejunando curare, poſſit eleemoſynas dando redimere.

Bonum eſt jurare, ſed tamen melius eſt eleemoſynam dare: ſi tamen aliquis utrumque poteſt, duo ſunt bona. Si verò poteſt eleemoſynam dare, & poſſibilitas non fuerit jejunandi,

nandi, eleemoſyna ſufficit tibi ſine jejunio. Jejunium vero ſine eleemoſyna non ſufficit.

Si aliquis jejunare non poteſt, eleemoſyna ſine jejunio bona eſt. Si vero prævalet, jejunium cum eleemoſyna duplex bonum eſt.

Jejunium ſine eleemoſyna, non valde bonum eſt; niſi forte ita ſit aliquis pauper, ut non habeat omnino quod tribuat.

Illi qui non habuerit unde tribuat, ſufficiat voluntas bona.

Frange eſurienti panem tuum: hoc eſt dicere: etiam ſi tanta tibi paupertas ſit, ut non habeas niſi unum panem, ex ipſo tamen frange, & pauperi tribue. *Iſ. 58.*

Laborioſum & faſtidioſum eſt nobis in pauperibus recipere Chriſtum in patria noſtra: timeo ne nobis vicem reddat in cælo, & non nos recipiat in beatitudinem ſuam. Contemnimus nos illum in mundo: timeo ne nos ille contemnat in cælo.

Graviter arguo & reprehendo, quia forte aliquoties evenit ut per negligentiam meam veſtes, quas debuerat accipere pauper, devorentur

tur niſi ab auctore naturæ, apud qué quod perdidit natura non periit.

Homo mortalis in Adam origine carnaliter natus ad ſpiritalem novi generis dignitatem niſi Spiritu ſancto regente non pervenit.

Ad magnam utilitatem fidelium materia eſt reſervata certaminum, ut non ſuperbiat ſanctitas, dum pulſatur infirmitas.

Nec incerta præſentia Dei eſt, nec mutabile conſilium, nec inefficax voluntas, nec falſa promiſſio.

Tutum eſt neſcire quod tegitur.

Cap. 5 Vileſceret redemptio ſanguinis Chriſti, nec miſericordiæ Dei humanorum operum prærogativa ſuccumberet, ſi juſtificatio quæ fit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur: ut non munus largientis, ſed merces eſſet operantis.

Certiſſimum eſt nihil aliter Deum facere debuiſſe, quàm fecerit.

Omnibus hominibus cujuſlibet generis, cujuſlibet conditionis, & ætatis cauſa percipiendæ gratiæ voluntas Dei eſt; apud quem ratio electionis abſcondita eſt, ab ea gratia incipientibus meritis, quam accepere ſine meritis.

Origo veræ vitæ veræque juſtitiæ in regenerationis eſt poſita Sacramento ut ubi homo renaſcitur, ibi etiam ipſarũ virtutũ veritas oriatur. *Cap. 7.*

Quæ Deus occulta eſſe voluit, non ſunt ſcrutanda: quæ autem manifeſta fecit, non ſunt neganda, ne & in illicitè curioſi, & in iſtis damnabiliter inveniamur ingrati.

Omnium hominum bonus conditor, juſtus eſt ordinator, neminem indebitè damnans, neminem debitè liberans: noſtra plectens cum punit noxios; ſua tribuens cum facit juſtos. *l. 2. c. 1.*

Magna eſt fortitudo conſenſionis, cui ad ſequendam veritatem authoritas ſufficit, etiam latente ratione.

Datur unicuique ſine merito unde tendat ad meritum, & datur ante ullum laborem unde quiſque mercedem accipiat ſecundum ſuum laborem. *cap. 2.*

Aliud eſt poſſe operari, aliud operari: & aliud eſt poſſe habere charitatem, aliud habere charitatem: & aliud eſt capacem eſſe continentiæ, juſtitiæ, atque ſapientiæ; aliud verò eſſe continentem, juſtum, atque ſapientem. Non itaque omnis repa-

rabilis reparatur, nec omnis ſanabilis ſanatur, quia reparebilem eſſe, de natura eſt: reparatum & ſanatum eſſe, de gratia eſt.

Bonum ipſius charitatis non ſemper ejuſmodi eſt, ut quicquid ad plenitudinem ipſius pertinet, ſimul à percipiente ſumatur.

Eſt amor qui poteſt alio amore ſuperari.

Sæpe dilectio Dei ex mundi dilectione marceſſit, niſi ad eum fervorem Spiritu ſancto inflammante profecerit, qui nullo extingui frigore, nullo poſſit tépore languere.

Cap. 8. Ubi inveſtigari non poteſt quare *Deus* ita judicet, ſufficiat ſcire quis judicet.

Cap. 9. Gratia Dei in omnibus juſtificationibus principaliter præeminet, ſuadendo exhortationibus, movendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inſpirando conſilium, corque ipſum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo. Sed etiam voluntas hominis ſubjungitur ei atque congungitur, quæ ad hoc prædictis eſt excitata præſidijs, ut divino in ſe

cooperetur

cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod ſuperno ſemine concepit ad ſtudium: de ſua habens mutabilitate, ſi deficit: de gratiæ opitulatione, ſi proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos, ſive occultos, ſive manifeſtos omnibus adhibetur: & quod a multis refutatur, ipſorum eſt nequitiæ: quod autem à multis ſuſcipitur, & gratiæ eſt divinæ, & voluntatis humanæ.

Ipſa gratia hoc omni genere credendi atque auxiliandi agit, ut in eo quem vocat primam ſibi receptricem & famulam donorum ſuorum præparet voluntatem. Nam virtus nolentium nulla eſt.

Timor Domini, quantiſlibet terroribus inferatur, non aliud agit, quam ut quem fecerit timentem, faciat & volentem: nec ſolum volentem, ſed etiam ſapientem. Cum ergo hic timor etiam per quamdam vim magni terroris immittitur, non ibi ratio extinguitur, nec intellectus aufertur ſed illa potius, quæ mentem premebat, caligo diſcutitur, ut voluntas depravata prius atque captiva, recta efficiatur & libera.

Sicut animus nihil virtutis capit, niſi radium veri acceperit luminis: ita gratia nihil ei quem vocat cófert, niſi oculos in eo aperuerit volútatis.

Ab inſidianti ſuperbia nec ipſa eſt tuta victoria.

Licet innumeris ſanctis ſuis donet virtutem perſeverandi, uſque in finem divina protectio, à nullis tamen aufert quod ipſis repugnat ex ipſis: ut in omnibus ſtudiis eorùm atque conatibus ſemper inter ſe velle & nolle decertet.

Non ſolùm ab incipientibus verùm etiam a provectiſſimis ſanctis uniformiter Domino ſupplicatur & dicitur: *Ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.*

Sicut qui crediderint, juvantur ut in fine maneant: ſic & qui nondum crediderunt, juvantur ut credant. Et quemadmodum illi in ſua habent poteſtate ut exeant: ita & iſti in ſua habent poteſtate ne veniant. Diverſis atque innumeris modis omnes homines vult Deus ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Sed qui veniunt, Deus auxilio diriguntur; qui non veniunt,

ſua pertinacia reluctantur.

Deu iis quos elegit ſine meritis, dat unde ornentur & meritis. Et fruſtra dicitur, quod ratio operandi non ſit in electis, cum etiam adhoc operentur, ut electi ſint. Cap. 10

Virtutum munera otioſa eſſe non poſſunt.

Non ad hoc datur continentia, ut concupiſcentiis non repugnet.

Quis fructus eſt patentiæ, ſi non habet fortitudo quod toleret?

Pax quæ eſt à Deo, & cum Deo, nunquid bene quieta eſt, ſi non diſcordat à mundo? Aut amor Dei poterit ſine Diaboli inimicitiis obtineri?

Neminem prorſus Dei gratia intentabilem facit.

Orationum ſollicitudinem divinæ electionis propoſito non reſolvi, uno teſtimonio evidenter probabo, ut cætera ſtudio brevitatis omittam. In libro igitur Tobiæ, ad filium ejus Tobiam Raphaël Angelus dicit: *Memor eſto mandatorum patris tui, quoniam præcepit tibi accipere uxorem de genere patris tui. Et nunc audi me frater, noli computare dæmonium illud, ſed poſtula eam. Et ſcito quoniam dabitur* Tob. 6.

hac nocte uxor : & cum intraveris in cubiculum tolle de jecore piſcis illius , & impone ſuper carbones , & odor manebit , & odorabitur illud dæmonium , & fugiet , & non apparebit circa illam omnino in perpetuum. Et cum cœperis velle eſſe cum illa , ſurgite primùm ambo , & deprecamini Dominum Cœli , ut detur vobis miſericordia & ſanitas. Et noli timere , tibi enim deſtinata eſt ante ſæcula , & tu eam ſanabis.

Quamvis quod ſtatuit Deus nulla poſſit ratione non fieri , ſtudia tamen non tolluntur orandi : nec per electionis propoſitum liberi arbitrij devotio elaxatur : cum implendæ voluntatis Dei ita ſit præordinatus affectus ut per laborem operum , per inſtãtiam ſupplicationum , per exercitia virtutum , fiant incrementa meritorum : & qui bona geſſerint , non ſolum ſecundum propoſitum Dei , ſed etiam ſecundum merita ſua coronentur. Ob hoc enim in remotiſſimo ab humana cognitione ſecreto præfinitio hujus electionis abſcondita eſt , & de nullo ante ipſius finem pronuntiari poteſt , quod in electorum gloria ſit futurus , ut per-

ſeverantem humilitatem utilis metus ſervet; & qui ſtat videat ne cadat: & ſi forte aliqua victus tentatione corruerit, non abſorbeatur triſtitia, nec de ejus miſeratione diffidat, qui allevat omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos. Dum enim in hoc corpore vivitur, nullius eſt negligenda correctio, nullius eſt deſperanda reparatio.

Hic affectus paternæ pietatis eſt, ut de abſentibus liberis non tam certa ſpe gaudeat, quam ſollicita cogitatione deſperet: & ſimul ac eos videre deſierit, amare plus noverit. *ferm.* 11.

Amor inter præſentes gratus, inter abſentes moleſtus.

Lectus quidam noſter communis eſt terræ hujus ampliſſimum ſolum, in quo corpora noſtra depoſita tutiſſima ſede requieſcunt. In hoc autem lectulo mollius dormit quiſquis durius in vita geſſerit.

Multò melius eſt animam ornare virtutibus, quàm corpus pretioſis induere veſtibus. *ſerm.* 2.

Quiſquis violentior Chriſto fuerit, religioſior habebitur à Chriſto. *ſerm.* 5.

Mutet vitam, qui vult accipere *ſerm.* 6.

vitam. Nam ſi non mutat vitam, ad judicium accipiet vitam: & magis ex ipſa corrumpitur, quàm ſanetur: magis occiditur, quàm vivificetur.

ſerm.7. Nihil *Dominus* à nobis magis requirit, quàm noſmetipſos.

ſerm. 10. Bene quodammodo ſanctum hunc diem natalis Domini ſolem novum vulgus appellat, & tanta ſui authoritate id confirmat, ut Judæi etiã atque gentiles in hac voce conſentiãt.

ſerm. 12. Vita iſta pręſens peregrinatio eſt: patria vera paradiſus eſt.

Nimis ſtulti ſunt, qui exilium pro patria diligunt.

ſerm. 13. Nemo poteſt mutare naturam, niſi qui Dominus eſt naturæ.

ſerm. 17. Baptizatio Chriſti, conſecratio eſt elementi.

ſerm. 22. Sicut renovatur qui de malo tranſit ad bonum, ita renovatur qui de bono tranſit ad melius.

Qui de luxuria vel qualibet immunditia tranſit ad caſtitatem, vitam ſuam renovat.

Nullus deſperare debet, in quacumque ætate ſit, ſi ad Dominum converti voluerit.

Quòd vocati ſumus per fidem,

novimus; ſed ſi ſumus ad vitam æternam electi, neſcimus.

Tanto debet unuſquiſque eſſe humilior, quanto ſi ſit electus ignorat.

Verus frater, cujus idem ſpiritus & voluntas ac in fratre eſt. *ſerm. 24.*

Melior eſt fraternitate ſanguinis, Chriſti fraternitas: Nam illa interdum ſibi inimica eſt, Chriſti autem fraternitas ſine intermiſſione pacifica eſt. Illa inter ſe communia cum æmulatione dividit, hæc etiam propria cum gratulatione communicat. Illa in conſortio deſpicit ſæpe germanum: hæc aſſumit frequenter alienum.

Sicut ſine minutis peccatis nullus unquam fuit, ante eſſe potuit, ita ſine capitalibus criminibus donante & auxiliante Domino omninodis eſſe debemus. *ſerm. 25.*

Aliis diebus jejunare aut remedium aut præmium eſt. In Quadrageſima verò non jejunare peccatum eſt: Alio tempore qui jejunat, accipiet indulgentiam: in Quadrageſima qui non jejunat, ſentiet pœnam. Et ipſe tamen qui jejunare non prævalet, ſecretiùs ſoli ſibi, aut ſi eſt *ſerm. 26.*

alius infirmus, cum ipſo in domo ſua præparet quod accipiat: & illos qui jejunare prævalent, ad prandiũ non invitet: quia ſi hoc fecerit, non ſolùm Deus, ſed etiam homines poſſunt intelligere illum non pro infirmitate jejunare non poſſe, ſed pro gula jejunare non velle. Sufficiat illi, quod ipſe jejunare non prævalet, & magis cum gemitu & ſuſpirio & animi dolore manducet, pro eo quòd, aliis jejunantibus, ille abſtinere non poteſt.

Opus eſt unicuique infirmo, ſecretiùs aut ſibi ſoli, aut cum alio ſimiliter infirmo faciat præparari: quia non eum oportet ut aliquem ſanum roget ad prandium, ne ſibi augeat etiam de alterius gula peccatum. Pro eo tamen quòd non poteſt jejunare, amplius erogare pauperibus debet, ut peccata quæ non poteſt jejunando curare, poſſit eleemoſynas dando redimere.

Bonum eſt jurare, ſed tamen melius eſt eleemoſynam dare: ſi tamen aliquis utrumque poteſt, duo ſunt bona. Si verò poteſt eleemoſynam dare, & poſſibilitas non fuerit jejunandi,

nandi, eleemoſyna ſufficit tibi ſine jejunio. Jejunium vero ſine eleemoſyna non ſufficit.

Si aliquis jejunare non poteſt, eleemoſyna ſine jejunio bona eſt. Si vero prævalet, jejunium cum eleemoſyna duplex bonum eſt.

Jejunium ſine eleemoſyna, non valde bonum eſt; niſi forte ita ſit aliquis pauper, ut non habeat omnino quod tribuat.

Illi qui non habuerit unde tribuat, ſufficiat voluntas bona.

Frange eſurienti panem tuum: hoc eſt Iſ. 58.
dicere: etiam ſi tanta tibi paupertas ſit, ut non habeas niſi unum panem, ex ipſo tamen frange, & pauperi tribue.

Laborioſum & faſtidioſum eſt nobis in pauperibus recipere Chriſtum in patria noſtra: timeo ne nobis vicem reddat in cælo, & non nos recipiat in beatitudinem ſuam. Contemnimus nos illum in mundo: timeo ne nos ille contemnat in cælo.

Graviter arguo & reprehendo, quia forte aliquoties evenit ut per negligentiam meam veſtes, quas debuerat accipere pauper, devorentur

à tineis; & timeo ne ipſi etiam panni in me teſtimonium proferant in die judicij.

Tale eſt jejunium ſine eleemoſyna, qualis lucerna ſine oleo. Nam ſicut lucerna, quæ ſine oleo accenditur, fumigare, non autem illuminare poteſt: ita jejunium ſine eleemoſyna carnem quidem cruciat, ſed charitatis luce animā non illuſtrat interiùs.

Hoc in jejunio exigitur, ut prandia noſtra pauperibus erogētur, & quod pranſuri eramus, non in noſtris ſacculis, ſed in viſceribus pauperum reponamus: Manus pauperis gazophylaciū Chriſti eſt. Da ergo pauperi, ut quicquid à te acceperit, in terra non pereat, ſed in cælo reponatur. Nam quamvis cibus, quem pauper accipit, conſumatur, merces tamen boni operis in cælo reconditur.

Voluntas perfecta faciendi reputabitur pro opere facti.

Matth. 6. *Neſciat ſiniſtra, quid faciat dextera:* hoc eſt, Quod facit amor Dei, non perdat mundi vanitas.

ſerm. 27. *ſerm. 28.* Quamvis omni tempore Chriſtianus à maledictionibus, à conviciis, juramentis, à riſu nimio, atque ver-

bis otioſis ſe abſtinere debet, præcipuè tamen Sanctis his diebus, qui ad hoc conſtituti ſunt, ut peccata totius anni in eis per pœnitentiã deleantur.

Occîdit quodammodo, antequam vivificet Dominus.

Occidimur quodammodo, cùm deſinimus eſſe quod fuimus. *ſerm. 28.*

Novo pietatis genere in uno eodemque homine mors operatur & vita: Moritur enim concupiſcentia peccatorum; vivificatur amor virtutum. In uno namque eodemque homine impius & adulter occiditur, ut miſericors renáſcatur & caſtus. Interimitur idololatria, ut religio propagetur. Fornicator & ebrioſus extinguitur, ut ſobrius & continens procreetur.

Sic mortificat Dominus, ut vivificare faciat: ſic occîdit ut proſit: ſic verberat ut emendet. Hæc eſt circa homines ſuos ejus tota ſeveritas, ut in his peccata puniantur, anima conſervetur: auferantur deteſtanda vitia, virtutes optimæ nutriantur.

In tantùm in nobis id quod priùs eramus, perimitur, aufertur, extinguitur, ut id quod poſtea ſumus;

denuo natum eſſe credamus.

ſerm. 30 Ubi eſt ſimilis cũ Chriſto devotio, ſimilis eſt & cum Chriſto tentatio.

Conditionem nobis tolerandi imponit conditio jejunandi.

In his jejuniorum diebus tentamur ad ſimilitudinem Salvatoris.

Deus nullius eſt immemor, ſed immemorem illum noſtri tunc nos facimus, cum peccamus.

ſerm. 31 Bonum eſt quidem cunctis temporibus jejunare, ſed melius Quadrageſimã jejunare cum Chriſto. Hanc enim Quadrageſimam nobis Dominus ſuo jejunio conſecravit.

Quiſquis Chriſtianus conſecratam jejunando non impleverit Quadrageſimam, prævaricationis & contumaciæ reus tenebitur, quòd legem divinitus pro ſalute ſua datam prandendo ipſe reſcindit.

Qualis Chriſtianus es, cum Domino jejunante, tu prandes? Qualis Ghriſtianus es, cum, Chriſto eſuriente, tu reficeris?

Audio complures, quod gravius eſt, fideles, alternis in Quadrageſima hebdomadis abſtinere, & conſecratum illum dierum numerum gulæ

intemperantia violare : hoc eſt prandere ſeptem dierum curriculo, & ſeptem dierum ſpacio jejunare.

Quamvis abſtineat quis certis diebus, quamvis ciborum dulciora alimenta non ſumat, non tamen illi accepto fertur Quadrageſimæ jejunium, quod non diebus Quadraginta jejunat.

Pudet dicere, ſenes & aniculæ Quadrageſimam faciunt, juvenes & juuenculæ non faciunt.

Omni ſolicitudine tempus ſacratiſſimum celebremus.

Sicut reliquo anno jejunare præmium eſt : ita in Quadrageſima non jejunare, peccatum eſt. Illa enim voluntaria ſunt jeiunia, iſta neceſſaria : illa de arbitrio veniunt, iſta de lege : ad illa invitamur, ad iſta concepellimur.

Aquam amaram in Mara, legem eſſe arbitror veteris teſtamenti, quæ lex priùs quàm cruce temperaretur Domini, erat immitis. *ſerm.32*

Amara eſt legis littera, ſine crucis myſterio.

Non nobis ſufficit, quod nomen chriſtianum præferamus, ſi opera

chriſtiana non facimus.

ſerm.33 Quoties novũ facis panem de meſſe tua, primum affer ad Eccleſiam pro benedictione, reliquum verò tecum retinere poteris pro te & tua familia: ſic fac de uva, & de omni labore tuo.

Nemo habet iniuſtum lucrum ſine iuſto damno.

ſerm. 34. Illa confeſſio *nos* liberat, quæ fit cùm pœnitentia.

Pœnitentia vera eſt dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quæ quiſque commiſit.

Pœnitentia eſt & mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere.

Qui eſt fideliter decimas dare, niſi ut nec peius, nec minus aliquando Deo offerat aut de grano ſuo, aut de vino ſuo, aut de fructibus arborum, aut pecoribus, aut de horto, aut de negotiis, aut de ipſa venatione ſua? Quia de omni ſubſtantia, quam Deus homini donat, decimam partem ſibi ſervavit, & ideo non licet homini retinere illud quod Deus ſibi reſervavit. Tibi dedit novem partes, ſibi vero reſervavit decimam partem: & ſi tu non dederis Deo decimam par-

tem, Deus tollet à te novem partes.

Unuſquiſque, ſecundum quod habet, debet tribuere pauperibus: & qui parum habet, iuxta paucum non timeat eleemoſynam facere.

Quicquid ſubtrahitis corpori veſtro ieiunando, totum debetis pauperibus donare, non vobis ipſis reſervare.

Pœnitentem hominem dico, qui plangit quod peccaverat, & rogat Dominum, ut non iterum faciat quod amiſerat. Pœnitentem dico qui repreſſit quod malè fecerat, & rogat Dominum ut veniam conſequatur. Pœnitentem hominem dico, qui poteſt concupiſtiam ſuam non vadit, & voluptatibus ſuis ſe privat. Pœnitentem hominem dico, qui diligit quod ante neglexit, & quod fecerat mali deſerit. *ſerm.35.*

Quid quæris à ſæculo, cui iam renuntiaſti!

Quomodo poteſt in altero Diaboli improbitatem vincere, qui gulæ intemperantiam in ſeipſo non vincit?

Priùs homo tui victor eſto, ut poſſis eſſe victor alterius. *ſerm 36*

Vince inimicos proprios, ut vincere poſſis alienos.

Si vis Chriſtianus eſſe, debes quod Chriſtus fecit, facere.

Negligit famem corporis, qui pabulo lectionis intendit: nec ventris curam habere poterit, qui alimentum verbi cæleſtis acquirit.

Ipſa eſt refectio, quæ ſaginat animam, quæ impinguat viſcera, cum de divinis ſcripturis cibum eloquij perênis accipimus. Ipſa eſt eſca, quæ vitam æternam tribuit, & inſidias à nobis Diabolicæ tẽtationis excludit.

ſer, 38. Præmium quoddam eſt palma martyrij.

Apoſtoli ſunt fontes, qui totius terræ faciem doctrinæ ſuæ flumine rigaverunt, & fatigatis gentium populis potum divini myſterij propinarunt.

ſerm. 39. Bonus medicus, poculum quod ægro daturus eſt, prior guſtat, ut peritiam artis ſuæ ante in ſe ipſe demonſtret, & experimentum æger accipiens ſecurus ſit de poculo ſecurior de ſalute.

In paradiſo cum Adam Diabolus decertat, in deſerto cum Chriſto Diabolus dimicat, ubique congreditur: ſed ubi mulierem non invenit, victus abſcedit.

Tunc Chriſtus habitat deſertum pectoris noſtri, cum noſtram terram fame ſqualidam, ac ſiti aridam eſſe reperit.

Sicut reditum uberiorem capit, qui frequentius vexando exercet campum: ita maiorem gratiam percipiet, qui exercet corporis ſui campum ſæpius ieiunando. *ſer.40.*

Eſt interdum inutile & inane ieiunium, quod licet ventrem & omnia viſcera ſucco ſaturitatis exhaurit, non tamen acceptum eſt Deo, quia mentem, & intimos ſenſus minime vinculo iniquitatis evacuat.

Quid proeſt ieiunare viſceribus, & luxuriare vanitatibus? abſtinere cibis, errare peccatis? Caſtigare corpus inedia, mentem extercere nequitia? vinum forte non bibere, & ebriũ cogitatione malignitatis incedere? *ſer. 41.*

Inutile & inane eſt tale ieiunium, quod inediâ membra debilitat, & animam à perditione non liberat.

Hæc voluntas eſt Domini, ut ieiunemus à cibis pariter & à peccatis.

Abſtinentiam indicamus corpori, ut à vitiis magis animam abſtinere poſſimus. Frænum enim quoddã eſt

luxuriantis animæ corpus exhauſtũ.

Quiſquis ieiunat, & peccat, lucrum eſcarum feciſſe videtur, non ſalutis: & parcendo copiis, repleſſe cellarium, non mentem ſaginaſſe virtutibus.

Qui cupit de Deo miſericordiam promereri, ipſe debet prior eſſe miſericors.

Sunt plerique qui de venatibus redeuntes, magis canum quàm ſervorum curam gerunt, & faciunt eos iuxta ſe vel recumbere, vel dormire, quotidianum illis cibum ſui præſentia miniſtrantes: qui utrum ſervi fame moriantur, ignorant: & quod eſt gravius, niſi dil genter his præparatum fuerit, pro cane ſervus afficitur. Vides enim in nonnullorum domibus nitidos & craſſos canes diſcurrere, homines autem pallentes & titubantes incedere. Iſti ergo miſerebuntur pauperibus, qui minimè ſuis famulis & domibus miſerebuntur.

Quicquid aliud præter mandatum Dei feceris, quamvis abſtineas, non ieiunas.

Hoc eſt ſalutare ieiunium, ut ſicut abſtinetur corpus ab epulis,

ita eſt anima refrænetur & à vitiis.

Illud etiam, fratres, ad perfectionem ieiunij tacendum non eſt, ut qui abſtinemus & minimè prandemus, hoc tempore prandia noſtra pauperibus prærogemus.

Qui ſic abſtinet, ut nihil pauperibus, de ſuis epulis largiatur, videtur quæſtum ſibi ſuum feciſſe ieiunium & negotiationem parcendo. Ad hoc enim abſtinuit, non ut placeret Deo, ſed ne amplius erogaret.

Utinam ſic quæreretis, quando peccatis, medicinam ſpiritalem, ſicut quando infirmamini corpore, requiritis carnalem. *cap. 43.*

Illi, qui ieiunant à cibo, & non ſe abſtinent à malo, ſimiles ſunt Diabolo, qui non manducat, & tamen à malo non ceſſat.

Quod vobis ſubſtrahitis ieiunando, in cælum debetis tranſmittere per pauperes.

Quid eſt diſcipulum eſſe Chriſti, niſi diſcipulum eſſe pietatis, & veritatis, & humilitatis?

Omnis ſimulatio, & omnis duplicitas mendacium eſt. *ſer. 44.*

Non ſolum in falſis verbis, ſed

etiam in ſimulatis operibus mendacium comprobatur. Mendaciũ namque eſt Chriſtianũ ſe dicere, & opera Chriſti non facere. Mendacium eſt. Sacerdotem vel clericum ſe profiteri, & contraria huic ordini operari.

Quid eſt Ieſus niſi veritas, & pax, & iuſtitia? Ergo qui pro falſitate relinquit veritatem, & pro cupiditase dirumpit charitatem, & odit pacem, & pro aliquo præmio occultat juſtitiam, nihil aliud facere videtur, quàm lapidare, & crucifigere, & occidere Chriſtum, qúia ipſius dona extinguit in ſeipſo. O quàm pauci ſunt in tanta multitudine Chriſtianorum, qui Jeſum non perſequantur, & lapident, & occidant!

ſer. 45. Dum homines in terra ſalvantur, Angelorum numerus, qui Diabolo cadente minoratus fuerat, integratur in Cælo.

ſer. 48. Quod defendi non poteſt, ablui poteſt.

Lavat lacryma dilictum, quod voce pudor eſt confiteri.

Lacrymæ verecundiæ conſulunt pariter & ſaluti, nec erubeſcunt in perendo, & impetrant in rogando.

Lacrymæ tacitæ quodammodo preces ſunt, veniam non poſtulant, & merentur.

Utiliores lacrymarum preces ſunt, quàm ſermonum.

Solet citiùs mereri indulgentiam, qui verecundiùs deprecatur.

In omni culpa ante flendum eſt, & tunc precandum.

Ipſius etiam inceſſus hominis, cum manus levaverit, crucem pingit, atque ideo elevatis manibus orare præcipimur, ut ipſo quoque membrorum geſtu paſſionem Domini fateamur. Tunc enim citiùs noſtra exauditur oratio, cum Chriſtum quem mens loquitur, etiam corpus imitur. Hoc etiam exemplo Moyſes ſanctus, cum contra Amalech bellum gereret, non armis, armis, non ferro. Sed elevatis eum ad Deum manibus ſuperavit. *ſerm. 52.* *Exod. 17.*

Beatum corpus Domini Chriſti, quod cum naſcitur, utero virginis gignitur: cum recedit, juſti tumulo commendatur. Beatum planè corpus, quod virginitas peperit, & juſtitia cuſtodivit. Cuſtodivit illud Joſeph tumulus incorruptum, ſicut

ſervavit illud Mariæ Virginis uterus illibatum. Hîc enim viri pollutione non tangitur, ibi mortis corruptione non læditur. Ubique Beato corpori defertur ſanctitas, ubique virginitas. Novus illud venter condidit, novus tumulus includit. Virgo ergo Dominica vulga, virgo eſt ſepultura. Quin potius ipſam ſepulturam vulvam dixerim, eſt enim ſimilitudo non parva. Sicut enim Dominus de matris vulva vivus exivit, ita de Joſeph ſepultura vivus ſurrexit: & ſicut tunc de utero ad prædicandum natus eſt, ita & nunc ad evangelizandum renatus eſt de ſepulcro: niſi quod glorioſior iſta eſt quàm illa nativitas. Illa enim corpus mortale genuit, hæc edidit immortale. Poſt illam nativitatem ad inferos deſcenditur poſt hanc remeatur ad cælos. Religioſior planè eſt iſta quàm illa nativitas. Illa enim totius mũdi Dominum novem menſibus in utero clauſum tenuit, hæc autem triduo tantùm tumuli gremio cuſtodivit. Illa cunctorum ſpem tardiùs protulit, & hoc omnium ſalutem citiùs ſuſcitavit.

Non minor gloria eſt quod tumulus Joſeph ſuſcitaverit Dominum quam quod eum ſanctæ Mariæ uterus procreavit. Serm. 53.

Ideo *Chriſtus* in aliena ſepultura ponitur, quia pro aliorum moriebatur ſalute. Ut quid enim ei propria ſepultura, qui in ſe mortem propriam non habet?

Paſcha tranſitus dicitur: ideo autem tali nomine vocata eſt iſta feſtivitas, quia in ipſa tranſierunt filij Iſraël ex Ægypto, & ipſe filius Dei tranſivit de hoc mundo ad Patrem. Verùm quid vobis prodeſt, quod Paſcha celebretis, ſi non imitamini quod colitis? Hoc eſt, ſi non tranſitis ab Ægypto, ideſt, à tenebris vitiorum ad lucem virtutum, & à mundi hujus amore ad deſiderium cœleſtis patriæ? Nam ſunt multi qui gaudent in ciſta feſtivitate, & colunt hanc ſolemnitatem, & tamen malè, & malo ſuo: quia non tranſeunt ex hoc mundo ad Patrem, ideſt, non tranſeunt à mundi cupiditate & à carnali delectatione ad cæleſtis patriæ amorem. Serm. 54.

Moneo vos fratres, ut Paſcha rite

celebretis, id eſt tranſitum faciatis. Quicumque mali hanc feſtivitatem celebratis, tranſite de vitiis ad virtutes. Quicumque verò boni, tranſite de virtutibus ad virtutes: & ita ut nullus remaneat in vobis qui tranſitum non faciat.

Et ſicut Judæi quando Paſcha celebrant, ſeptem dies azima comedebant: ita omnis Chriſtianus, qui veri agni, ideſt, Chriſti carnem comedit, per omne tempus vitæ ſuæ, quod per ſeptem voluitur dies, ſimpliciter & innocenter debet converſari.

ſerm. 55 Reſurgens Dominus, reſurrectionem præſtitit univerſis, & ab imis ad altiora conſcendens, nos quoque ad ſuperiora de inferioribus in ſuo corpore ſublevavit.

Habent & merita ætates ſuas.

Habet & Chriſtiana ſimplicitas infantiam ſuam. Sicut enim infans neſcit iraſci, fraudare non novit, referire non audet: ita & Chriſtianitatis infantia lædentibus non iraſcitur, ſpoliantibus non iraſcitur, ſpoliantibus non reſiſtit, cædentibus non repugnat. Denique, ſicut juſſit Dominus, etiam orat pro inimicis, auferenti

ferenti tunicam relinquit & palliū: verberanti maxillam præbet & alteram: niſi quòd in hoc melior eſt Chriſti infantia quàm daturæ. Illa enim peccare neſcit, iſta contemnit: illa per infirmitatem innoxia eſt, iſta eſt innocens per virtutem.

Laudi magis abſcribendum eſt, non tam malè facere non poſſe, quàm nolle.

Ætates quædam ſunt meritorum, nam & ſenectus morum invenitur in pueris, & innocentia infantum reperitur in ſenibus.

Innovatio quædā eſt, deſinere quod eras, aſſumere quod ante non eras, *ſerm. 57.*

Non ideo Chriſtiani facti ſumus, ut de iſta tantùm vita ſolliciti ſimus. *ſerm. 58.*
ut de iſta tantùm vita ſolliciti ſimus.

Qui non cogitat niſi de iſta vita, animalibus & pecoribus ſimilis eſt. Quid enim quærunt animalia, niſi manducare & bibere, luxuriari, atque dormire?

Ideo Chriſtiani facti ſumus, ut ſemper de futuro ſæculo, & de æterna beatitudine cogitemus, & plus pro animo quā pro corpore laboremus.

Non nobis ſufficit quòd Chriſtia-

num nomen accepimus, ſi opera bona Chriſtiana non fecerimus.

Quantum poſſumus cum Dei adjutorio laboremus ut nomen Chriſtianum non ſit falſum in nobis: nec in nobis Chriſtiana Sacramenta patiantur injuriam.

ſer. 59. *Spiritus ſanctus* Dei donum dicitur, quia & antequam eſſet Angelus, vel homo cui daretur, jam ſui natura donabile donum erat, quia charitas & amor eſt.

Spiritus ſancti gratia non viſitat animam, quæ in fœtore peccatorum perſeverat.

ſer. 60. Dominica nobis ideo venerabilis eſt atque ſolemnis, quia in ea Salvator velut ſol oriens diſcuſſis infernorum tenebris, luce reſurrectionis emicuit: ac propterea ipſa dies ab hominibus ſæculi dies ſolis vocatur, quod ortus eam ſol juſtitiæ Chriſtus illuminet.

Non poteſt eſſe jejunus, qui reficitur gratia Salvatoris.

ſer. 61. Chriſti reſurrectio cunctorum eſt redemptio populorum.

Diaboli captivitas ſervituti ſubjicit Chriſti autem captivitas reſtituit libertati.

Quodam myſterio dum filius Dei filium hominis ſuſtulit ad cælum, ipſa captivitas portatur & portat.

Scriptura ſancta novit obviare blaſphemis.

Quiſquis peccatum admittit, ſtatim & dormire ſibi facit Dominum, & procellam ſibi ſpirituum ſuſcitat immundorum. *ſer. 62.*

Faciamus ipſi pro nobis quod Deum videmus feciſſe pro nobis. *ſer. 63.*

Duplex eſt tentationum ſpecies; aut enim tribulatio cor vexat humanum, & ſicut aurum in camino per patientiam probatur unuſquiſque & agnoſcitur: aut interdum etiam ipſa vitæ proſperitas ad tentationem cedit hominibus. *ſer. 64.*

Similis ignaviæ eſt, in adverſis humilem ac miſerabilem fieri, & in proſperis inſolenter efferri.

Beneficium largientis præbenti magis permanet, quàm ſuſcipienti.

Ii qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non jam res ipſas, ſed paſſionis ſuæ phantaſias vident.

Puteorum aqua, ſi frequentiùs hauriatur, & ſalubrior efficitur, & abundantior.

Quis tam injuſtus, tam avidus, tam avarus, quàm qui multorum alimenta, ſuum non uſum, ſed abundantiã & delicias facit? neque enim minus eſt criminis habenti tollere, quàm cum poſſis & abundes indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt quẽ tu detines: nudorum indumentum eſt quod tu recludis: miſerorum redemptio eſt & abſolutio, pecunia quam tu in terram defodis. Tot te ergo ſcias invadere bona, quot poſſis præſtare & nolis.

ſer. 65. Omni neceſſitate major neceſſitas eſt ſalutis.

ſer. 66. Non militare delictũ, eſt, ſed propter prædam militare peccatum eſt.

Cunctis officiis, ſacris litteris præſcribitur norma vivendi, omnis ad bene vivendum provocatur ſexus, ætas, & dignitas.

Milites Chriſti ſumus, & ſtipendiũ ab ipſo donativumque percipimus.

ſer. 67. Nec intereſt apud Deum utrùm vi, an circumventione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.

Ideo aliquando ad Eccleſiam veniunt, non quia ex fide Chriſtiani

ſunt, ſed ne chriſtiani ab hominibus non putentur.

Omnibus neceſſitatibus ſalutis neceſſitas præferenda.

Ditior fit vir miſericors poſteaquàm minus habere incipit pauperibus largiendo.

Chriſti debitor lætus, Cæſaris triſtis eſt, quia hunc abſolvendum amor cogit, illum pœna compellit. Hic præmiis prouocatur, ille ſuppliciis coartatur.

Aurum & argentum non preciosum natura inſtituit, ſed hominum voluntas efficit.

Cum eſſet propoſitum, ut Eccleſiæ vaſa jam traderemus, hoc reſponſi reddidi: Me, ſi de meis aliquid poſceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei juris eſſet, libenter offerre: templo Dei nihil poſſe decerpere, nec tradere illud quod cuſtodiendum, non tradendum acceperim. Deinde conſulere me etiam Imperatoris ſaluti, quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. *Conc.*2.

Non metuit arma, non barbaros, qui mortem non timet.

Servum Chriſti non cuſtodia corporalis, ſed Domini providentia ſæpire conſuevit.

Petrus victo Simone cum præcepta Dei populo ſeminaret, doceret caſtimoniam, excitavit animos Gentiliũ; quibus eum quærentibus, Chriſtianæ animæ deprecatæ ſunt ut pauliſper cederet. Et quamvis eſſet cupidus paſſionis, tamen contemplatione populi precantis inflexus eſt. Rogabatur enim ut ad inſtituendum & confirmandum populum ſe reſervaret. Quid multa? Nocte muro egredi cœpit, & videns ſibi in porta Chriſtum occurrere, urbemque ingredi,
Heges. ait: *Domine, quò vadis?* Reſpondit
L.3.c.2. Chriſtus: *Venio Romam iterum crucifigi.* Intellexit Petrus ad ſuam crucem divinum pertinere reſponſum. Itaque ſponte remeavit, interrogantibus Chriſtianis reſponſum reddidit, ſtatimque correptus per crucem ſuam honorificavit Dominũ Jeſum.

Quando Dominus vult, unuſquiſque invenitur & capitur. Quãdo autem differt, etiã ſi quærentium manibus occurrat, & oculis, non tenetur.

Tu Domine Jeſu uno momento mundum redemiſti.

Reſpōdi quod Sacerdotis eſt, quod Imperatoris eſt, faciat Imperator.

Semper Chriſti laudes uerbera perfidorum ſunt.

Geraſeni Chriſti præſentiam ferre non poterant.

Ego inducam in templum, quem Chriſtus excludit ?

Habeo æratios : ararij mei pauperes Chriſti ſunt, hunc novi congregare theſaurum.

Quid honorificentius, quàm ut Imperator Eccleſiæ filius eſſe dicatur.

Imperator bonus intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam eſt.

Non timentibus nunquam gravis eſt terror.

Incrementum doloris *eſt* id quod doleas referre. *Conc. 2.*

Plurimi ſunt qui ſe à peccatis & lubrico juventutis in ſenectute revocare potuerunt : rarus autem qui in juventute grave jugum ſeria ſobrietate portaverit.

Citò meretur veniam, qui prætendit ignorantiam.

Mortem timere non eſt perfectionis.

Stabat & ſancta Maria juxta

Crucem filij, & ſpectabat virgo ſui unigeniti paſſionem: ſtantem illam lego, flentem non lego.

Feliciùs Epiſcopos perſequuntur Imperatores quàm diligunt.

Quò prælixior fueris, hoc magis in conſolando afficies eum quem conſolari velis, & diutius mærorem ejus tenebis.

Eſt piis affectibus quædam etiam flendi voluptas, & plerumque gravis lacrimis evaporat dolor.

Vita ſanctorum non hîc in terris eſt, ſed in Cælo.

Nemo ſe redimit à morte, non dives, non ipſi reges, imò ipſi gravioribus ſubjacent.

Omnis bonus operarius manus Chriſti eſt.

Conc.3. Eſt perfecta ætas, ubi perfecta eſt virtus.

Beneficium ſe putabat accepiſſe auguſtæ memoriæ Theodoſius, cum rogaretur ignoſcere; & tunc propior erat veniæ, cum fuiſſet commotio major iracundiæ. Prærogativa ignoſcendi erat, indignatum fuiſſe, & optabatur in eo quod in alijs timebatur, ut iraſceretur.

Occulto-

Occultorum ſolus cognitor Deus. Quãdo non habes quod Deo debes? Aut quando ſine Dei munere es, cui quotidie vivendi uſus à Domino eſt?

Voce non indiget, qui miſericordiam deſert.

Certis diebus *Deum* invocare, non omnibus, faſtidientis eſt, non ſperantis: & pro uſu affluentium commodorum mercedem gratiarum referre, non pro devotionis affectu.

Quia ſemper accipis, ſemper invoca: & quia quod habes, à Domino eſt debitorem te ſemper eſſe cognoſce. Malo tamen ut quaſi diligens quàm coactus debitum tuum ſolvas.

Ille vincit, qui gratiam Dei ſperat, non qui de ſua virtute præſumit.

Cur non præſumas gratiam, cum habeas præſulem certaminis gratiã?

Apud Dominum omnium virtutum abundantia eſt, quia Dominus virtutum eſt.

Humiliavit ſe Chriſtus, ut omnes elevaret.

Tanquam poſſeſſionem hæreditariam recipimus ea quæ promiſſa ſunt nobis.

Fidelis Deus, qui ſemel ſervis ſuis

præparata non ſubſtrahit. Si fides noſtra maneat, manet & ſponſio. Vide, ô homo, circa te gratiam Chriſti. Adhuc in terris quæteris, & in cælo poſſides. Ibi ergo ſit cor tuum, ubi eſt poſſeſſio tua.

Hîc vera perfectio eſt, ubi jam culpa ceſſavit, gratia perpetuæ quietis affulſit.

Conc. 5. Prædicatio Sacerdotis in plebe, ſalvandis eſt correctio, conteſtatio judicandis.

Quomodo poſſum corrigere filios, cum fratres emendare non poſſim? Aut qua fiducia ſuccenſeam Laïcis, cum à conſortibus pudoris verecundia conticeſcam?

Conc. 6 Tunc auditor proficit, quando auſteriora annuntiat Prædicator.

Non oſculatur ſemper filium, ſed & aliquando caſtigat.

Habet amor plagas ſuas, quæ dulciores ſunt, cum amariùs inferũtur.

Dulcior eſt religioſa caſtigatio, quàm blanda remiſſio.

Ser. de ſanctis. ſerm. 1. Gemma niſi auro non convenit.

Quiſquis fratrem non arguit peccantem, quodammodo hortatur ut peccet.

Qui honorat Martyres, honorat & Chriſtum: & qui ſpernit ſanctos ſpernit & Dominum.

Non niſi per pericula properatur ad Chriſtum. *ſerm 2.*

Ad Dominum non tam ore, quam corde clamandum eſt. *ſerm.3.*

Cum omnium ſanctorum Martyrum, devotiſſimè natalem celebrare debemus, tum præcipue eorum ſolemnitas tota nobis veneratione curanda eſt, qui in noſtris domiciliis proprium ſanguinem profuderunt. *ſerm.6.*

Cuncti Martyres devotiſſimè percolendi ſunt: ſed ſpecialiter ij venerandi ſunt à nobis, quorum Reliquias poſſidemus.

Fratres, reveremur eos in ſæculo, quos defenſores habere poſſumus in futuro.

Joannes propter opus Domini & natus eſt, & defunctus. *ſerm.7.*

Qui præter communem hominum nativitatem repromiſſione generatus fuerat, hoc de Deo meruit, ne communi cum cæteris de ſæculo morte diſcederet: ſed corpus quod Domino donante ſuſceperat, Dominum confitendo deponeret.

Debuit præcurſor & prævius Chriſti aliquid ſimile habere nativitate Domini ſalvatoris. Si quidem Dominus de Virgine gignitur, Joannes de ſterili procreatur.

Idem Gabriel Archangelus, utriuſque nativitatis officium repræſentat.

Concepit Joannem non natura ſed gratia.

Joannem obſecratio creavit, non voluptas.

Hoc etiam in laudibus Joannis minimè tacendum videtur, quod nondũ natus etiam prophetat; & adhuc in materni uteri ſinibus conſtitutus, adventum Chriſti, quia voce non poterat, gaudiis confitetur.

Mirari non debemus quòd ab Herode miſſus in carcerẽ clauſus Chriſtum ſemper ſuis Diſcipulis intimaret: cùm etiam clauſus in utero eumdem Dominum geſtibus prædicarit.

ſerm 8. Si Pater Zacharias cum eum nominavit, vocem recepit: quanto magis cũm laudamus illum, eloquium promeremur? Et ſi illius os, cum in ſæculo naſceretur, aperuit, quanto magis cum pro Chriſto patimur, ora noſtra fœcundat?

Os quod Angelus alligaverat, Joannes abſolvit; quod Gabriel obſtruxerat, parvulus referavit.

Magnus Joannes, cujus magnitudini etiam Salvator teſtimonium perhibet.

Conſcientia reatum ſuum ſemper tacita ſine contradictione convincit & judicat. *ſerm. 9.*

Luxuria ſemper inimica eſt juſtitię.

Cum à Ioannis corpore caput aufertur, Chriſtus quodammodo Judæis legis cultoribus ſeparatur.

Non dicenda eſt mors, qua interveniente caremus perſecutoribus, & Chriſto connectimur. Non eſt planè dicenda mors, quæ Chriſto mortuum ſocians lucrum efficit morientis.

Illa vera eſt mors, quæ etiam viventem hominem peccatorum morte conſtringit: quia quamvis vivere videatur, ſceleribus tamen ſuis morti jam videtur addictus.

Primum ſignum mirabilium ſuorum Petrus fecit, claudo pedum reſtituendo veſtigia. *ſerm. 11*

Petrus Crucis, ſicut Salvator exitum tulit, & à Dominicæ devotionis ſimilitudine nec morte diſcretus

Quis tam injuſtus, tam avidus, tam avarus, quàm qui multorum alimenta, ſuum non uſum, ſed abundantiã & delicias facit? neque enim minus eſt criminis habenti tollere, quàm cum poſſis & abundes indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt quē tu detines: nudorum indumentum eſt quod tu recludis: miſerorum redemptio eſt & abſolutio, pecunia quam tu in terram defodis. Tot te ergo ſcias invadere bona, quot poſſis præſtare & nolis.

ſer. 65. Omni neceſſitate major neceſſitas eſt ſalutis.

ſer. 66. Non militare delictũ, eſt; ſed propter prædam militare peccatum eſt.

Cunctis officiis, ſacris litteris præſcribitur norma vivendi, omnis ad bene vivendum provocatur ſexus, ætas, & dignitas.

Milites Chriſti ſumus, & ſtipendiũ ab ipſo donativumque percipimus.

ſer. 67. Nec intereſt apud Deum utrùm vi, an circumventione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.

Ideo aliquando ad Eccleſiam veniunt, non quia ex fide Chriſtiani

ſunt, ſed ne chriſtiani ab hominibus non putentur.

Omnibus neceſſitatibus ſalutis neceſſitas præferenda.

Ditior fit vir miſericors poſteaquàm minus habere incipit pauperibus largiendo.

Chriſti debitor lætus, Cæſaris triſtis eſt, quia hunc abſolvendum amor cogit, illum pœna compellit. Hic præmiis prouocatur, ille ſuppliciis coartatur.

Aurum & argentum non preciosum natura inſtituit, ſed hominum voluntas efficit.

Cum eſſet propoſitum, ut Eccleſiæ vaſa jam traderemus, hoc reſponſi reddidi: Me, ſi de meis aliquid poſceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei juris eſſet, libenter offerre: templo Dei nihil poſſe decerpere, nec tradere illud quod cuſtodiendum, non tradendum acceperim. Deinde conſulere me etiam Imperatoris ſaluti, quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. *Conc.2.*

Non metuit arma, non barbaros, qui mortem non timet.

Servum Chriſti non cuſtodia corporalis, ſed Domini providentia ſæpire conſuevit.

Petrus victo Simone cum præcepta Dei populo ſeminaret, doceret caſtimoniam, excitavit animos Gentiliũ; quibus eum quærentibus, Chriſtianæ animæ deprecatæ ſunt ut pauliſper cederet. Et quamvis eſſet cupidus paſſionis, tamen contemplatione populi precantis inflexus eſt. Rogabatur enim ut ad inſtituendum & confirmandum populum ſe reſervaret. Quid multa? Nocte muro egredi cæpit, & videns ſibi in porta Chriſtum occurrere, urbemque ingredi, ait: *Domine, quò vadis*? Reſpondit Chriſtus: *Venio Romam iterum crucifigi*. Intellexit Petrus ad ſuam crucem divinum pertinere reſponſum. Itaque ſponte remeavit, interrogantibus Chriſtianis reſponſum reddidit, ſtatimque correptus per crucem ſuam honorificavit Dominũ Jeſum.

Hegeſ. L.3.c.2.

Quando Dominus vult, unuſquiſque invenitur & capitur. Quãdo autem differt, etiã ſi quærentium manibus occurrat, & oculis, non tenetur.

Tu Domine Jeſu uno momento mundum redemiſti.

Reſpódi quod Sacerdotis eſt, quod Jmperatoris eſt, faciat Imperator.

Semper Chriſti laudes uerbera perfidorum ſunt.

Geraſeni Chriſti præſentiam ferre non poterant.

Ego inducam in templum, quem Chriſtus excludit?

Habeo æratios: ærarij mei pauperes Chriſti ſunt, hunc novi congregare theſaurum.

Quid honorificentius, quàm ut Imperator Eccleſiæ filius eſſe dicatur.

Imperator bonus intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam eſt.

Non timentibus nunquam gravis eſt terror.

Incrementum doloris *eſt* id quod doleas referre. *Conf.* 2.

Plurimi ſunt qui ſe à peccatis & lubrico juventutis in ſenectute revocare potuerunt: rarus autem qui in juventute grave jugum ſeria ſobrietate portaverit.

Citò meretur veniam, qui prætendit ignorantiam.

Mortem timere non eſt perfectionis.

Stabat & ſancta Maria juxta

Crucem filij, & ſpectabat virgo ſui unigeniti paſſionem: ſtantem illam lego, flentem non lego.

Feliciùs Epiſcopos perſequuntur Imperatores quàm diligunt.

Quò prælixior fueris, hoc magis in conſolando afficies eum quem conſolari velis, & diutius mærorem ejus tenebis.

Eſt piis affectibus quædam etiam flendi voluptas, & plerumque gravis lacrimis evaporat dolor.

Vita ſanctorum non hîc in terris eſt, ſed in Cælo.

Nemo ſe redimit à morte, non dives, non ipſi reges, imò ipſi gravioribus ſubjacent.

Omnis bonus operarius manus Chriſti eſt.

Conc.3. Eſt perfecta ætas, ubi perfecta eſt virtus.

Beneficium ſe putabat accepiſſe auguſtæ memoriæ Theodoſius, cum rogaretur ignoſcere; & tunc proprior erat veniæ, cum fuiſſet commotio major iracundiæ. Prærogativa ignoſcendi erat, indignatum fuiſſe, & optabatur in eo quod in alijs timebatur, ut iraſceretur.

Occulto-

Occultorum ſolus cognitor Deus. Quãdo non habes quod Deo debes? Aut quando ſine Dei munere es, cui quotidie vivendi uſus à Domino eſt?

Voce non indiget, qui miſericordiam deſert.

Certis diebus *Deum* invocare, non omnibus, faſtidientis eſt, non ſperantis: & pro uſu affluentium commodorum mercedem gratiarum referre, non pro devotionis affectu.

Quia ſemper accipis, ſemper invoca: & quia quod habes, à Domino eſt debitorem te ſemper eſſe cognoſce. Malo tamen ut quaſi diligens quàm coactus debitum tuum ſolvas.

Ille vincit, qui gratiam Dei ſperat, non qui de ſua virtute præſumit.

Cur non præſumas gratiam, cum habeas præſulem certaminis gratiã?

Apud Dominum omnium virtutum abundantia eſt, quia Dominus virtutum eſt.

Humiliavit ſe Chriſtus, ut omnes elevaret.

Tanquam poſſeſſionem hæreditariam recipimus ea quæ promiſſa ſunt nobis.

Fidelis Deus, qui ſemel ſervis ſuis

præparata non ſubſtrahit: Si fides noſtra maneat, manet & ſponſio. Vide, ô homo, circa te gratiam Chriſti. Adhuc in terris quæteris, & in cælo poſſides. Ibi ergo ſit cor tuum, ubi eſt poſſeſſio tua.

Hîc vera perfectio eſt, ubi jam culpa ceſſavit, gratia perpetuæ quietis affulſit.

Conc. 5. Prædicatio Sacerdotis in plebe, ſalvandis eſt correctio; conteſtatio judicandis.

Quomodo poſſum corrigere filios, cum fratres emendare non poſſim? Aut qua fiducia ſuccenſeam Laïcis, cum à conſortibus pudoris verecundia conticeſcam?

Conc. 6 Tunc auditor proficit, quando auſteriora annuntiat Prædicator.

Non oſculatur ſemper filium, ſed & aliquando caſtigat.

Habet amor plagas ſuas, quæ dulciores ſunt, cum amariùs inferũtur.

Dulcior eſt religioſa caſtigatio, quàm blanda remiſſio.

Ser. de ſanctis. ſerm. 1. Gemma niſi auro non convenit.

Quiſquis fratrem non arguit peccantem, quodammodo hortatur ut peccet.

Qui honorat Martyres, honorat & Chriſtum: & qui ſpernit ſanctos ſpernit & Dominum.

Non niſi per pericula properatur ad Chriſtum. *ſerm 2.*

Ad Dominum non tam ore, quam corde clamandum eſt. *ſerm. 3.*

Cum omnium ſanctorum Martyrum, devotiſſimè natalem celebrare debemus, tum præcipue eorum ſolemnitas tota nobis veneratione curanda eſt, qui in noſtris domiciliis proprium ſanguinem profuderunt. *ſerm. 6.*

Cuncti Martyres devotiſſimè percolendi ſunt: ſed ſpecialiter ij venerandi ſunt à nobis, quorum Reliquias poſſidemus.

Fratres, reveremur eos in ſæculo, quos defenſores habere poſſumus in futuro.

Joannes propter opus Domini & natus eſt, & defunctus. *ſerm. 7.*

Qui præter communem hominum nativitatem repromiſſione generatus fuerat, hoc de Deo meruit, ne communi cum cæteris de ſæculo morte diſcederet: ſed corpus quod Domino donante ſuſceperat, Dominum confitendo deponeret.

Debuit præcurſor & prævius Chriſti aliquid ſimile habere nativitate Domini ſalvatoris. Si quidem Dominus de Virgine gignitur, Joannes de ſterili procreatur.

Idem Gabriel Archangelus, utriuſque nativitatis officium repræſentat.

Concepit Joannem non natura ſed gratia.

Joannem obſecratio creavit, non voluptas.

Hoc etiam in laudibus Joannis minimè tacendum videtur, quod nondũ natus etiam prophetat; & adhuc in materni uteri ſinibus conſtitutus, adventum Chriſti, quia voce non poterat, gaudiis confitetur.

Mirari non debemus quòd ab Herode miſſus in carcerẽ clauſus Chriſtum ſemper ſuis Diſcipulis intimaret: cùm etiam clauſus in utero eumdem Dominum geſtibus prædicarit.

ſerm 8. Si Pater Zacharias cum eum nominavit, vocem recepit: quanto magis cũm laudamus illum, eloquium promeremur? Et ſi illius os, cum in ſæculo naſceretur, aperuit, quanto magis cum pro Chriſto patimur, ora noſtra fœcundat?

Os quod Angelus alligaverat, Joannes abſolvit; quod Gabriel obſtruxerat, parvulus referavit.

Magnus Joannes, cujus magnitudini etiam Salvator teſtimonium perhibet.

Conſcientia reatum ſuum ſemper tacita ſine contradictione convincit & judicat. *ſerm. 9.*

Luxuria ſemper inimica eſt juſtitię.

Cum à Ioannis corpore caput aufertur, Chriſtus quodammodo Judæis legis cultoribus ſeparatur.

Non dicenda eſt mors, qua interveniente caremus perſecutoribus, & Chriſto connectimur. Non eſt planè dicenda mors, quæ Chriſto mortuum ſocians lucrum efficit morientis.

Illa vera eſt mors, quæ etiam viventem hominem peccatorum morte conſtringit: quia quamvis vivere videatur, ſceleribus tamen ſuis morti jam videtur addictus.

Primum ſignum mirabilium ſuorum Petrus fecit, claudo pedum reſtituendo veſtigia. *ſerm. 11*

Petrus Crucis, ſicut Salvator exitum tulit, & à Dominicæ devotionis ſimilitudine nec morte diſcretus

eſt : ſcilicet ut quem imitabatur fide, imitaretur & paſſione.

De Pauli cervice, cum eam perſecutor gladio percuſſiſſet, dicitur fluxiſſe lactis magis unda quam ſanguinis, & mirum in modum ſanctum Apoſtolum baptiſmi gratia in ipſa cęde extitiſſe ſplendidum potius quã cruẽtum. Quæ quidem res in ſancto Paulo ſtupenda non eſt. Quid enim mirum ſi abundat lacte nutritor Eccleſiæ? ſicut ipſe ad Corinthios ait: *Lac vobis potum dedi, non eſcam.* 1. Cor. 3.

ſerm. 17. Quis nolit ad horam uri Laurentij igne, ut æternum gehennæ non patiatur incendium?

Si nobis perſecutoris flamma deeſt, fidei tamen flamma non deeſt. Non ardemus quidẽ corpore pro Chriſto, ſed ardemus affectu. Non ſubjicit mihi perſecutor ignem, ſed ſuggerit mihi ignem deſiderium Salvatoris.

Si ad conſortium ſanctorum Martyrum pervenire volumus, de imitatione Martyrum cogitemus.

Debent enim Martyres in nobis aliquid de ſuis virtutibus recognoſcere, ut pro nobis dignentur Dominum ſupplicare.

Si tormenta, quæ ſancti Martyres

pertulerunt, ſufferre non poſſumus, vel contra malas concupiſcentias, ipſis intercedentibus, repugnemus.

Quia non deſunt quotidiana peccata, non deſinit etiam quotidiana remedia.

Nemo ſe credat aliquam felicitatem, aut aliquod verum gaudium in hoc ſæculo poſſidere.

Beatitudo hîc præparari poteſt, poſſideri non poteſt.

Verum in hoc mundo gaudium nec fuit, nec eſt, nec eſſe poterit.

Omnis homo gaudere deſiderat, ſed non omnes ibi quærunt gaudium, ubi oportet inquiri.

Eſt muſtum quod reficit & inebriat Chriſtianum, ſed ebrietas illa magis ſobrium facit. Qui enim inebriatur cæleſti gratia, exſobriatur ſarcina peccatorum. *ſerm. 9.*

Quis unquam ſollicitus de mundo, potuit bene ſollicitus eſſe de Chriſto? Qui dum lucris domus ſuæ providet, utilitatibus Eccleſiæ potuit providere?

Humilitate pervenitur ad regnum, ſimplicitate penetratur ad cælum. *ſerm. 20.*

Hæc noſtræ Chriſtianitatis ſumma

eſt, ut amantibus viciſſitudinem, lædentibus patientiam rependamus.

Non ad Imperium cælorum pervenitur ſuperbia, divitiis, præfectura: ſed humilitate, paupertie, lenitate

Tam anguſta eſt diviti porta cæleſtis, quàm eſt Camelo acus foramen exiguum.

Ideo nudi in ſæculo naſcimur, nudi etiam accedimus ad lavacrum, ut nudi quoque & expediti ad cæli januam properemus. Quàm autem incongruum & abſurdum eſt, ut quem nudũ mater genuit, nudum ſuſcepit Eccleſia, dives intrare velit in cælũ?

Adeo nuda virtus apta cælo eſt, ut quamvis juſtus, quamvis ſanctus aurum vel divitias poſſidens, non poſſit eſſe perfectus.

Nudus Adam incola Paradiſi fuit

Sicut apud nequam homines turpis cogitatio à concupiſcentia veſtibus non arcetur, ita apud ſanctos viros honeſta ſimplicitas ad concupiſcendum nuditate non trahitur: ſed ſicut vitioſis ad corruptelam nuda ſunt omnia, ita religioſis ad caſtimoniam operta ſunt univerſa.

ſerm. 22. Qui toleraverunt mala propter Chriſtum, debent & gloriam habe-

re cum Chriſto.

Et ſi à laudibus Domini lingua ceſſamus, mirabilia tamen ejus fidei operibus approbemus : ſi non loquimur verbis ejus gloriam, factis exequamur ejus gloriam, quoniam dictis facta priora ſunt. *ſerm. 23.*

Benefacere, prima doctrina eſt.

Dictis facta præcedunt, immo ſine factis dicta nihil proſunt.

Sine bodo opere, verborum inutilis & ſuperſtitioſa jactatio.

Melius docemur facto quàm voce.

Sancti Martyres, etſi voce tacent, factorum virtute nos edocent : etſi lingua ſilent, martyrum paſſione perſuadent.

Quanto magis proximi ſumus mundi excidio, tanto magis regno ſumus proximi Salvatoris. *ſerm. 24.*

Eſt quoddam commonitionis judicium Dei, videre quod metuis, ut poſſis intelligere plus ſupereſſe quod metuas.

Nihil prodeſt muros munire propugnaculis, & Deum provocare peccatis.

Ita vivimus in hoc ſæculo, ut corpore moriamur : ita morimur, ut rationi reddendæ vivamus. *ſerm. 25.*

Infidelitatis genus eſt, in divinis rebus nec gaudere proſperis, nec flere contrariis.

Eſt Sanctis viris ſemper dives ipſa paupertas.

ſerm. 26. Ipſa planè eſt dives locupleſque paupertas, quæ expendit omnia, & poſſidet omnia.

Ep. l. 1. Ep. 8. Unus *Chriſtus* pro omnibus ſervus factus eſt. Quid dicam ſervus factus eſt? Peccatum, opprobrium, maledictum factus eſt. Hæc omnia factus eſt, ut noſtræ obtunderet mortis aculeum, noſtrā ſervitutem tolleret, maledicta, peccata, opprobria.

Hæc Chriſti gloria *eſt*, quia ſervitutem ſuſcepit in corpore ſuo, ut libertatem omnibus redderet, peccata noſtra portavit, ut mundi peccatum tolleret.

Ep. 10. Negant plerique noſtros ſecundum artem ſcripſiſſe. Nec nos obnitimur, non enim ſecundum artem ſcripſerunt, ſed ſecundum gratiam quæ ſuper omnem artem eſt. Scripſerunt enim quæ Spiritus iis dabat.

l. 2. Ep. 11. Nemo Deum fallit, cui omnia etiā cordis occulta manifeſta ſunt.

Deum certum eſt omnibus præferendum.

Nullius injuria eſt, cui Deus omnipotens antefertur.

Liberè debet defendere unuſque fidele mentis ſuæ & ſervare propoſitum.

Omnis ætas perfecta Chriſto eſt.

Parvuli etiam Chriſtum intrepido adverſus perſecutores ore confeſſi ſunt.

Omnia quidem Deo plena ſunt, nec vllus perfidis tutus eſt locus: ſed plurimum valet ad metum delinquendi etiam præſentia religionis vrgeri. *Ex relatione Symmachi.*

Corrigit ſequentem lapſus prioris, & deprehenſionis antecedentis exemplo naſcitur emendatio.

Fiſcus bonorum principium non Sacerdotum damnis, ſed hoſtium ſpoliis augeatur.

Nulla ætas ad perdiſcendũ ſera eſt.

Erubeſcat ſenectus quæ emendare ſe non poteſt.

Non annorum canities eſt laudanda, ſed morum.

Nullus pudor eſt ad meliora tranſire.

Cui magis de Deo, quàm Deo credam?

O contumelioſa reverentia! Chriſtum mori non potuiſſe non creditis.

Suis caſtitas cumulatur diſpendiis.

Non eſt virginitas quæ pretio emitur, non virtutis ſtudio poſſidetur.

Prima caſtitatis victoria eſt, facultatũ cupiditates vincere: quia lucri ſtudium tentamentum pudoris eſt.

Nihil Eccleſia ſibi niſi fidem poſſidet.

Quod Sacerdotibus fani legaverit Chriſtiana vidua, valet; quod miniſtris Dei, non valet. Quod ego non ut querar, ſed ut ſciant quid non querar, comprehendi.

Nulla ſine adverſario corona victoriæ.

Reſpondi laceſſentibus tanquam non laceſſitus.

Ep. 14. Aſperiores tentationes has eſſe cognovimus, quæ fiunt per mulieres.

Veteri jure à Sacerdotibus donata imperia, non uſurpata.

Chriſtus fugit, ne rex fieret.

Nunquam Sacerdotes tyranni fuerunt, ſed tyrannos ſępe ſunt paſſi.

Anima quę Deo ſubdita eſt, humanæ poteſtati non eſt ſubjecta.

Ep. 15. Nemini facio injuriam, ſi omnibus Deum præfero.

Neque imperiale eſt libertatem dicendi denegare, neque ſacerdotale, quod ſentiat non dicere. Ep. 17.

Hoc intereſt inter bonos & malos principes, quod boni libertatem amant, ſervitutem improbi.

Nihil etiam in Sacerdote tam periculoſum apud Deum, tam turpe apud homines, quàm quod ſentiat, non liberè pronuntiare.

Plus aſtringitur, qui labi infirmum coëgerit.

Sicut Chriſti divitiæ virtutes ſunt, ita Diaboli opes crimina ſunt. Ep. 18.

Qui laudat Dominum Jeſum, oſculatur eum.

Oſculamur Chriſtum oſculo communionis.

Oſculovis amoris exprimitur. Dilectio eſt ſuavitas oſculorum.

Oſculum quaſi piguus eſt nuptiarum, & prærogativa conjugij.

Mare eſt Scriptura divina habens in ſe ſenſus profundos, altitudinem propheticorũ ænigmatum, in quod mare plurima introierunt flumina. lib. 3. Ep. 19.

Abundat ſibi locuples teſtis conſcientia.

Sibi ipſum unuſquiſque animum

ſuum ſecretū judicem ſui, ultorem ſceleris & vindicem criminis habet.

Divitiæ hominis ad redemptionem animæ debent proficere, non ad deſtructionem.

Multi habent humilitatis ſpeciem, virtutem non habent: multi eam foris prætendunt, & intus impugnāt. Ad fucum præferunt, ad veritatem abjurant, ad gratiam negant.

Non eſt humilitas niſi ſine fuco, ſine fraude.

Nihil ad nos, ſi petulantibus oculis aut ætas expetitur, aut pulcritudo. Ars deſit, nullum eſt crimen decoris: illecebra faceſſat, inoffenſa eſt ſpecies, & formæ gratia.

lib. 3. *Ep* 25. Quanta Virginitatis gloria, quæ meruit à Chriſto eligi, ut eſſet etiam corporale Dei templum!

Malignitas plus nocet quàm malitia, quia malignitas nec puram ſimplicitatem habet, nec apertam malitiam, ſed abſconditam malitiam. Difficiliùs autem caventur occulta, quàm quæ ſunt cognita.

In *Epiſcopo* vita formatur omnium.

Culpa lavacro, non lex ſolvitur.

Neque mediocris virtus ſacerdo-

talis eſt, cui cavendum non ſolum ne gravioribus flagitiis ſit affinis, ſed ne minimis quidem.

Quoniam nemo poteſt eſſe ſine aliquibus adverſis, id agamus ne nobis noſtro judicio adverſa accidant.

Prudentis eſt proſpicere ne frequenter cum pœniteat ſui.

Nunquam pœnitere ſolius eſt Dei.

Qualis fuerit forma Domini, talis totius domus eſt ſtatus.

Ille eſt dives in Eccleſia, qui pauperi, non ſibi dives eſt.

Ille dives eſt, qui fuerit hæres Dei, Chriſti cohæres.

Noli pauperem contemnere, ille te devitem fecit.

Tunc eritis per omnia divites, ſi fueritis pauperes Spiritu.

Non cenſus divitem, ſed animus facit.

Satis dives omnibus naturæ lex eſt, cui citò invenias quod abundet. Cupiditatibus autem omnis divitiarum abundantia inopia eſt.

Nemo pauper naſcitur, ſed fit.

Nihil tam neceſſarium, quàm cognoſcere quid non ſit neceſſarium.

Redemptio animæ viri, divitiæ ejus: *Proverb.13*

quoniam qui pauperi donat, redimit animam ſuam.

Nihil molliculum, nihil infractum ad laudem pervenit.

Non exibuum detrimentum eſt, vel horæ unius.

Non otio, non ſomno merces paratur.

Mulier viro deferat, non ſerviat: regendam ſe præbeat, non coercendam. Indigna eſt conjugio, quæ digna eſt jurgio.

lib. 4. *Ep.* 27. Solum illum Deus divitem novit, qui ſit dives æternitati, qui non opum ſed virtutũ fructus recondat.

Nemo eſt dives, qui quod habet ſuum, hinc auferre non poteſt. Quod enim hîc relinquitur, non noſtrum, ſed alienum eſt.

Nihil affectu ſapientis ditius, nihil inſipientis egentius.

Ep. 28. Uſu humano hæreditatis pecuniariæ gratia facit ut venerabiliora fiant jura pietatis, quia hoc quoque plus defertur parentibus, ne læſa pietas matris ulciſcatur ſe exhæredatione vel abdicatione cõtumacis pignoris.

Ep. 29. Nulla res de peccato te ſecurum faciat.

Periculoſum

Periculoſum eſt cum his, qui male vivunt, ſociari.

Melius eſt habere odium molorum, quàm converſationem.

Vanus ſermo citò polluit mentem, & facilè agitur, quod libenter auditur.

De malo alieno os tuum non coinquines, nunquam detrahas peccanti, ſed condole.

Nunquam profectò detrahes, ſi te ipſum bene perſpexeris.

Virtus indiſcreta pro vitio habetur.

Impia juſtitia eſt humanæ fragilitati non ignoſcere.

Cave honores, quos tenere ſine culpa non potes.

In majori gradu major interdum culpa eſt.

Nullus ſine peccati periculo terrenas res adminiſtrat.

Nemo poteſt & amplecti Dei gratiam ſimul & ſæculi.

Contemne vivens, quæ poſt mortem habere non poteris.

Non eligas cui miſerearis, ne forte preferas illum qui meretur accipere.

Juſtis in cælo, non in terra

merces promittitur.

Ep. 30. de Paulino & ejus conjuge loquitur. Soboles eis nulla, & ideo meritorum poſteritas deſiderata.

Imitatur plerumque neceſſitas voluntatem, & ab imagine modeſtiæ parum differt forma ſegnitię.

Ep. 33. Unum eſt paupertatis vocabulum, ſed non una mens pauperum.

Aliud eſt timere, quia peccaveris, aliud timere ne pecces. Et ibi eſt formido de ſupplicio, hîc ſolicitudo de præmio.

Extiterunt omni tempore, & in noſtro quoque non deſunt ſicut & boni pauperes, ita & boni divites.

Vera humilitas eſt quæ inter quoſlibet meritorum gradus nunquam ſui poteſt eſſe diſſimilis.

Inter vitia aut nulla eſt aut rara jactantia, & facilè ſpernitur, qui de opprobrio gloriatur.

Malum ſuperbiæ maximè virtutibus eſt cavendum, quia nullis opportuniùs inſidiatur, quàm quibus laus juſta debetur.

Operante Spiritu Dei juvatur arbitrium, non aufertur, & hoc agit gratia ut voluntas peccato concepta, vanitatibus ebria, ſeductionibus cri-

eum ſcpta, difficultatibus impedita, non remaneat in languoribus ſuis, ſed per opem miſerentis medici curata revaleſcat, & gaudeat ſe non interrogantem edoctam, & non quærentem eſſe quæſitam.

Ut miſericordiam Dei quæramus, Dei miſericordia eſt.

Omnis illuminatarum mentium pius motus alienari quidem non poteſt à propria hominis voluntate: ſi quidem nihil rectè faciet, niſi quod volens egerit; ſed ut ad id quod æquum ac utile eſt, animi tendat intentio, de illius æternę & incommutabilis voluntatis inſpiratione concipitur. Et ſicut arte medici fit in oculis caligantibus, ut poſſint videre quod non vident, nec tamen non ipſorum eſt viſio quam medicina contulerit: ita in cordibus tardis & hebetibus per Spiritum ſanctum acies obducta tergitur, & de vero lumine tenebroſæ jam & deficientes lucernę lumen accipiunt, nec tamen niſi ipſarum erit quicquid fulgens acceperint.

Cooperatores nos eſſe oportet gratiæ Dei, ut illam excitantem, ju-

vantem, locupletantem, & quotidie provehentem vigilanter & ſobriè ſubſequamur.

In omnibus monitis Dei atque mandatis una eademque ratio eſt & divinæ gratię & humanæ obedientiæ. Nec ob aliud unquam datur præceptum, niſi ut quæratur præcipientis auxilium.

Vigilant tentationis inſidiæ, ut ubi proficit devotio, ſubrepat elatio: & ut homo de bono opere in ſe potius opere in ſe potius quàm in Domino glorietur. Quia ſublimiora quęque graviùs corruunt, gaudet Princeps ſuperbię eos quos potuerit ſua impulſione proſternere, ad celſiora creviſſe.

Dignum eſt ut Jmago Dei Deo ſplendeat. Ab omni contaminatione libera eſt, quæ ſive in ſe, ſive in proximo nihil diligit, niſi quod ex Deo eſſe novit. Nam amare aliquid, quod non ex opere & ſpiritu Dei ſit, non eſt caſta dilectio.

Sufficit tentatori ſublimes & claras animas hac illuſione violaſſe, ut quas ad illicita non impulit, placendi ſibi adulatione dejecerit.

A quibus libet lapſibus delicto-rum facilè ſurgitur, quando opem à reparatore ſuo poſcit eliſus.

Difficilè peccatum ſuum ſuperbus agnoſcit, aut etiam ſi intellexerit, non currit ad medicum, ſed de ſe ſibi remedium pollicetur, nec unquam ibi proficit cura, ubi morbus eſt ipſa medicina.

Sicut pars charitatis eſt humilitas, ita pars humilitatis eſt charitas.

Magna eſt in vera humilitate felicitas, cui Deus dilectio, Deus ſapientia, Deus conſilium, Deus fortitudo eſt.

Nullus eſt ſine tentationis ſtimulo, & ſine mutabilitatis incerto.

Tanto quiſque eſt beatior, Deoque conjunctior, quanto plus in eo fuerit gratiæ divinæ quàm actionis humanæ.

Anima tua non acquieſcat niſi in Domino laudari.

Noſtris meritis verbum Dei nobis aut vivit, aut moritur. L. 5. Ep. 35.

Interdum ſcriptura, cum allegoriam dicit, alia ad ſpeciem Synagogæ, alia ad Eccleſiam refert: alia ad animam, alia ad verbi myſte- Ep. 36.

rium : alia ad diverſas ſpecies & qualitates animarum, quę diſcernit, qui judicat ſpiritu.

Ep. 37. Quis naturam mutare poteſt, niſi qui creavit naturam ?

Ep. 40. Novit bonus medicus, quę eſca cui apta ſit infirmitati, & cui ad profectum valetudinis.

Interdum opportunitas eſcę ſanitatem reddit, quod ſi importunè aliquis accipiat, aut non convenienter, implicatur periculo.

Ep. 42. Aurum melioratur igne, melioratur argentum.

Nimia ſeveritas extorquet plerumque terrore mendacium.

Deus diligi maluit quàm timeri.

Ep. 43. Ipſe Origines longè minor *eſt* in novo quàm in veteri teſtamento.

Parvuli heredes nomen nudum hereditatis, non authoritatem uſurpant, jubendi jus & utendi non habent, quia plenitudinem ſuæ ętatis expectant, ut à curatoribus liberentur.

Habent *Parvuli* nomen heredis, uſum non habent.

Ep. 44. Charitas peccandi excludit affectum, quandoquidem etiam timorem excludit foras.

Fides velut pręvia charitatis occupat animam, & præparat ſemitas venturę dilectioni.

Omnis fides eſt, ubi perfectio charitatis.

Charitas credit omnia, hoc eſt, facit omnia credere, & habere hujuſmodi animam omnem fidem.

Ubi perfecta charitas, ibi omnis fides, ſicut ubi perfecta charitas, ibi ſpes omnis.

Ideo major charitas, quia ſpem fidemque complectitur.

Eos ſanavit Dominus, quos nemo curaret. *Ep. 54.*

Plùs videt, quem Jeſus tangit.

Tolerare debet qui fortior eſt. *Ep. 49.*

Nihil adimitur Eccleſiæ, quod pietati acquiritur.

Neque pœnitentia ſine gratia, neque gratia ſine pœnitentia. *Ep. 52.*

Debet pœnitentia priùs damnare peccatum, ut gratia poſſit abolere.

Se magis ipſe condemnat, qui in alio damnat quod ipſe committit.

Severiore ſententia culpa damnatur, ſi unuſquiſque crimen ſuum oderit, & in ſe incipiat condemnare delictum.

Cum reus occiditur, perſona magis quàm culpa punitur. Ubi verò culpa deponitur, abſolutio perſonæ eſt pœna peccati.

l. 5. ep. 56. Dignum eſt ut ibi requieſcat Sacerdos, ubi offerre conſuevit.

Ep. 59. Peccatum non tollitur niſi lacrymis & pœnitentia.

l. 8. ep. 64. Aut natura filios ſuſcipimus, aut electione. In natura caſus eſt, in electione judicium: magiſque in adoptatis offendimus, quàm in genitalibus filijs: quia genitales filios eſſe degeneres, ad naturam refertur; adſcitos vel adoptione vel copula dedecores eſſe, non niſi noſtro errori aſcribitur.

S. PAVLINI

S. PAVLINI FLOSCVLI.

AREOLA V.

SERVIENTES Chriſto, corporis ſervitio, animi imperio magis utimur. Ep. 1.

Trahit corpus ab animi fortitudine firmitatem.

Amamus vaſa fictilia, quia & ſecundum Anam cognata nobis ſunt, & Domini theſaurum in talibus vaſis commiſſum habemus.

Legentes quod eſſe debemus, boni eſſe diſcamus. Ep. 2.

Temporalium, quæ in hoc ſæculo habentur; bonorum relictio ſine diſtractio, non decurſus ſtadij, ſed ingreſſus, nec ut meta, ſed ut janua eſt. Non enim athleta tum vincit, cum exuitur, qui ideo nudatur, ut incipiat dimicare, cum legitimè certaverit, coronandus. Et natator amnem interpoſitum ſuperaturus

exuitur: nec tamen hoc tanto apparatu, quod ſe diſpoliaverit, tranſnatabit, niſi totius corporis niſu, & omnium ſcita mobilitate membrorum, & propulſu pedum, & remigio brachiorum, & lateris illapſu, torrentis impetum ſcindat, & laborem natationis exhauriat.

Totus labor & plenum opus nobis in obſervantia & expoliatione cordis noſtri eſt.

Novitatem vitæ in nobis ædificantes, neceſſe eſt ut vetuſtatem deſtruamus.

Mutatis Dominis, & ſtudia mutemus.

Tota hujus mundi figura, quæ præterit, & per oculos corda prolectat, zabulicis prætenta retibus, in qualibet ſui ſpecie laqueus mentis & gladius eſt.

In nobis & hoſtis & amicus habitant.

Vicem injuriæ reddere humana ultio eſt: At inimicum etiam diligere, vindicta cæleſtis eſt.

Si malo vincas, victor victus es: victus verò vinces, ſi juſto cedas & tuæ voluntati volũtas, divina prævaleat.

Evacuemur noſtris viribus ut divinis impleamur.

Libertas voluntatis, quæ bona cum eſt, ſupra legem eſt, non cogitur, ſed ſuadetur, & ipſa ſibi lex eſt.

Ad hoc venit *Chriſtus*, ut vitam ſuam nobis in formulam & ſpeculum vitæ proponeret.

Lex ramos peccati præſtringit, fides radices eruit, quæ nos non operibus tantùm, ſed etiam ſenſibus immaculatos facit.

Humilis corde cor Chriſti eſt. *Ep.* 3.

Efficiamur eſca Dei, ne efficiamur eſca ſerpentis, Edat nos Chriſtus, ne Diabolus voret. Cibus Chriſti eſſe non poſſumus, niſi faciamus voluntatem ejus, ut viciſſim & ipſe nobis cibus fiat. *Ep.* 4.

Crimine voluntatis noſtræ potens noſtri factus *Diabolus* noſtra adverſus nos vitia ſatellites habet, interioremque noſtrum hominem miniſterio exterioris oppugnat.

Zabuli Regnum eſt omnis impius.

Subjeſta ſubditæ Deo animæ caro tranſit in ſpirituum, non ſubſtantiæ commutatione, ſed vitæ.

Veri luminis damnum eſt, ad uſum

tenebrarũ uti luminibus, & oculos in terra defixos cæcare Cæleſtibus.

Illuminatur anima tali cæcitate, qua deſpicit mundum, ut conſpiciat Deum.

Qui in veritate conſiſtunt, etſi intra mundum vivant habitatione corporea, tamen ſupra mundum ſunt cõverſatione cæleſti. Affixâ in Chriſto vitâ ſuperiores mundo ſunt, manentes in eo, qui eſt ſuper omnia.

Magdalena ipſum vivum vivificantemque panem manibus & ore præſumpſit, ſanguinem quoque calicis, antequam fieret calix ſanguinis, oſculis ſugentibus prælibavit. Beata quæ Chriſtum in carne guſtavit, & in ipſo corpore Chriſti corpus accepit. Illa perfundendo Chriſtum ſe abluit: pedes illius detergendo, ſua peccata mundavit: illum diligens ſe dilexit.

Quicquid Chriſto impendimus, nobis potius conferimus.

Si modo unguentum ad pedes Chriſti non habeam, in adventu ejus ad meas faces oleum non habebo.

Illi commoriamur, in quo vita eſt.

Nobis & ad ſalutem & ad gloriam

ſatis eſt Chriſtus, & ipſe crucifixus.

Criminoſus eſt decipere, quàm decipi, & peccatum excogitare, quàm facere.

Ipſe Dominus hoſtia omnium ſacerdotum eſt. Victima ſacerdotij ſui, & ſacerdos ſuæ victimæ fuit. Ep. 5.

Quid miſer ille habeat, qui ſe non habet?

Intima circumciſio plena eſt perfectio.

Obſtrue & ſepi aures tuas ſpinis ad verba eorum, quæ ſunt ſpinæ & ſagittæ Zabuli.

Placere *Mundo* non potes, niſi Chriſto malueris diſplicere.

Cum quæ ſurſum ſunt, ſapimus & quærimus, terreni eſſe deſinimus. Ep. 9.

Inutilis & nequam ſervus eſt, qui nihil ad neceſſitatem debiti muneris voluntario addit affectu. Ep. 10.

Minora majoribus, & ſummis infima bona, id eſt terrena cæleſtibus anteponentes, in pœnam ſtultæ cupiditatis, omni carebimus ſummo ſimul atque infimo bono & illa juſte non accepturi, quæ non deſideravimus, & iſtis meritò defraudandi quorum amore noxia potiora neglexerimus.

Sanctæ animæ in Domino vigilare, requieſcere eſt.

Ep. 13. Ut crucem Chriſti decuit, experimento reſurrectionis probata crux Chriſti eſt.

Ep. 16. Niſi nos Deo tradamus, vendimus Diabolo.

Ep. 20. Sermo Dei, ſi ei non pareamus, accuſator noſter erit.

Proximus infideli eſt, qui mortuam ſine operibus fidem vacuo Chriſtiani nomine gerit.

Ep. 21. Domini paſſione & reſurrectione non ſolùm ad ſpem ac fidem reſurrectionis inſtruimur, ſed ut non ſola reſolutione carnali, ſed & voluntaria ab hoc ſæculo receſſione mori noverimus, & moriendo per fidem huic mundo, vivificemur Deo.

Quod bonus Dominus crucifixus eſt & reſurrexit, non ſolùm ad deſtructionem mortis noſtræ, & ad reparationem æternitatis operatus eſt, ſed etiam ad præſentis vitæ informationem, qua meritum acquirimus, quo vitæ illius in æternum beatæ poſſeſſio præparatur.

Nemini ſubjectus eſt, qui ſe ſoli Deo ſubjicit.

Eſt & ſancta ſuperbia, & humilitas iniqua. Nam & juſtificatur ſuperbia, quæ huic mundo ſuperbit, & contemnit hoc ſæculum, omnibuſque magnis ejus & dulcibus ac ſpecioſis * abutitur intenta cæleſtibus rebus, & præceptis ſubjecta divinis. Contra autem illa humilitas condemnatur, quæ non ex fide, ſex ex ignavia mentis hominibus addicitur, & humanam gratiam magis quàm ſuam ſalutem curat, mendacii famula, veritatis inimica, libertatis expers, iniquitati obnoxia, miſcens aqua vinum, id eſt, veritatis merum aquoſo adulationis enervás. *Id eſt, non utitur.*

Levitas omnis altipeta eſt, & surſú verſus vigore ſubtilitatis effertur.

Niſi humilietur exterior, non exaltatur interior. *Ep. 26.*

Gaudere non poterimus in futuro ſæculo, niſi in iſto lugeamus.

Stultæ virgines illæ mihi videntur, quæ virtutibus ſteriles ſunt; & illæ ſapientes, quæ vitiis incorruptæ sũt.

Quinque ſenſibus præditi ſumus, per quos aut vitam recipimus, aut mortem.

O! beata injuria, diſplicere cum Chriſto. *cap. 12.*

Nobis timendus eſt amor talium, quibus ſine Chriſto placetur.

In Adam ſuperbiâ ruimus, atque ideo humiliamur in Chriſto.

Per fidem Chriſti diſcimus agnoſcere veritatem, vel in contemptu temporalium, vel in appetitu æternorum bonorum.

Sufficit univerſorum inſtitutioni forma paucorum, quæ in utrumque proponitur, ut credentibus exemplo ſit, indurantibus teſtimonio.

Eadem affectione delectemur in Domino, qua delectati ſumus in peccato.

Dei bonitas ita nobiſcum paciſcitur, ut præteritæ nobis impietatis gratiam faciens, contenta ſit tales nos eſſe ſibi ſervos pro nobis, quales adverſum nos Diabolo fuerimus.

Ep. 31. *Domine Ieſu*, hic ſolus, qui à te eſt, ignis igni reſiſtet æterno.

Ep 33. Nemo Chriſti opera ſine Chriſto agit.

Facili via ad aurem Dei voces inopum diriguntur.

Beata eſſet conditio noſtra, ſi æquè Deo ut hominibus vel diſplicere timeremus, vel curaremus placere.

Non modica animis credentiũ voluptas eſt, promiſſa fidelibus bona dulci cogitatione præſumere, & in Paradiſo jam animis deambulare.

Ipſa veritas, Dei verbum Deus, reſurrectionem carnis in vitam ęternam & ſpopondit docens, & probavit reſurgens.

Nemini *Deus* claudit ſua regna, quibus & vim permittit inferri.

Emitere per anguſtam viam, ut pervenias in amplam poſſeſſionem hęreditatis æternę.

Facilè ſerpit cancer avaritiæ in præcordia nullis miſericordię munita viſceribus. Ep. 34.

Fœneremur Dominum de bonis Domini.

Nihil ſine ejus munere poſſidemus, ſine cujus nutu nec ipſi ſumus.

Empti ſanguine ipſius Dei, viles & vęnales eſſe deſiſtimus.

Demus illi qui in omni paupere accipit.

Dominus noſter, non avaritię ſtudio accipere deſiderat, ſed largitatis affectu.

Quid non habeat, qui omnia dedit? Quid non poſſideat, qui ipſos poſſidet poſſidentes?

Immenſa *Dei* Juſtitia & bonitas de ipſis muneribus ſuis vult ſibi munera invicem fieri, ut ſibi materiam erga te beneficentiæ pariat, quia bonus eſt; & ſibi faciat meritum, quod dignè recipias, quia juſtus eſt.

Fecit *Deus* miſerum, ut miſericordem agnoſceret. Fecit inopem, ut exerceret opulentum.

Materia divitiarum tibi eſt fraterna paupertas, ſi intelligas ſuper egenum & pauperem.

Ep. 37. Quomodo non una mens, quibus una fides? Quomodo non unus animus, quibus unus Deus?

Ep. 38. Securitas negligentes facit.

Præmium gloriæ virtus capere niſi victrix poteſt, non habitura victoriæ facultatem, niſi cum aliqua prius difficultate certaverit.

Voluptatum peſtifera dulcedo patriæ nobis oblivionem facit, cum homini Deum, qui eſt Patria omnium communis, obliterat.

Quem nolunt credere Deum, intelligere non merentur.

Ep. 39. Talis violentia Deo grata eſt, quæ neminem concurrit, nullius damno committitur.

Nunquam in carnalibus affectionibus ita requieſcit animus, ut cruciatu careat, dum neceſſitudines ſuas aut bonas amat cum amittendi metu, aut malas odit cum amittendi voto, in utroque miſeriis ſuſtinendis ſemper obnoxius.

Miſer eſt qui uxorem bonam perdit, miſerior qui malam ſuſtinet.

Sæpiſſimè ſunt miſerrimi parentes, vel qui *filios* amabiles habent, quibus orbantur: vel qui tales habent, ut non habentibus inuidere cogãtur.

Nos placere ſibi jubet Deus, & docet quomodo ei placere poſſimus. Ep. 50.

Quid unquam tam ſuperbum, quid verò tam ingratum videri poteſt quàm adverſus ejus vivere voluntatem, à quo ipſum vivere acceperis? quàm illius præcepta deſpicere, qui ideo aliquid imperat, ut cauſas habeat remunerandi.

Qui perfectè amatur, totam ſibi amantis vindicat voluntatem.

Nihil eſt imperioſius charitate.

In quovis propoſito, in quovis gradu æquale peccatum eſt vel prohibita admittere, vel juſſa non facere.

Tanto faciliùs abſtinemus à quo-

cumque delicto, quanto illud magis metuimus.

Nec citò ad majora progreditur, qui etiam parva formidat.

Eſt ſanè grande & ſubtile artificium laudare alterum in commendationem ſui, & decipiendo animum ſibi obligare decepti, quodque hoc maxime vitio agi ſolet, fictas laudes certo pretio vendere.

Si verè laudabilis eſſe cupis, laudem hominum ne requiras.

Multo deformior illa eſt ſuperbia, quæ ſub quibuſdã humilitatis ſignis latet. Neſcio enim quomodo turpiora ſunt vitia cum virtutũ ſpecie.

Summa apud Deum eſt nobilitas clarum eſſe virtutibus.

Fruſtra ſibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cum univerſi paris honoris & ejuſdem apud Deum precij ſunt, qui uno Chriſti ſanguine ſunt redempti; nec intereſt quaquis conditione natus ſit, cum omnes in Chriſto æqualiter renaſcamur.

Si obliviſcimur quia ex uno omnes generati ſumus, ſaltem id ſemper meminiſſe debemus, quia per unum omnes regeneramur.

Providendum eſt ne tibi hoc, quod licita contemnas, ſecuritatem quandam illicitorum faciat.

Quidcquid ſupra juſtitiam offertur, non debet impedire juſtitiam, ſed adjuvare.

Quid prodeſt tenuari abſtinentia corpus, ſi animus intumeſcat ſuperbia? Quam laudem merebimur de pallore jejunii, ſi invidia lividi ſumus? Quid virtutis habet vinum bibere, & ira atque odio inebriari?

Tunc præclara eſt abſtinentia, tunc pulcra atque magnifica caſtigatio corporis, cum eſt animus jejunus à vitiis.

Minus jejuniorum & abſtinentiæ laborem caro ſentit, animo eſuriente juſtitiam.

Omnibus omnino virtutibus abſtinentia opitulatur.

Conſcientia noſtra tunc maximè tuta, tunc optimè ſecura eſt, cum ne occaſionem quidem malè de ſe ſentiendi dedit.

Filius & gratius ſemper obſequium eſt, quod ab amore, quàm quod à metu proficiſcitur.

Periculosè promittitur, quod ad-

huc in alterius poteſtate eſt.

Non tantùm cæpiſſe, ſed perfeciſſe laudandum eſt.

Arduum eſt iter caſtitatis, ſed magna ſunt præmia.

S. GAVDENTII FLOSCVLI.

AREOLA VI.

Præfat ad Benevelum. SERVS Dei cultor ille eſt, cujus fides inter adverſa non deficit, cujus lingua benedicere nomen Domini ſui in omni anguſtiarum tempore, in omni tribulationum plagâ non deſinit.

Tract. 1 Filius Dei, per quem facta ſunt omnia, eodem die, eodemque tempore pro ſtratum mundum propria reſurrectione reſuſcitat, quo eum priùs ipſe creaverat ex nihilo.

Sexta feria, qua hominem fecerat, pro eodem paſſus eſt; & die Domi-

nica quæ dicitur in ſcripturis prima Sabbati, in qua ſumpſerat mundus exordium, reſurrexit, ut qui prima die creavit cælum & terram, unde poſtea hominem faciens figuravit, prima etiam die omnem repararet hominem, propter quem fecerat mundum.

Veritas Chriſtus adveniens bona quæ ante Judæis fecit umbraliter, nobis hunc in veritate largitus eſt.

Figura non eſt veritas, ſed imitatio veritatis. *Tract. 2.*

Oportet nos ex præcepto Dei mortificare priùs concupiſcentias carnis, & ſic accipere corpus Chriſti, qui pro nobis ſervientibus in Ægypto eſt immolatus.

Credamus quæſo cui credidimus.

Deus noſter ignis conſumens eſt, purgans, erudiens, & illuminans corda noſtra ad intelligentiam divinorum, ut & ipſius à Chriſto inſtituti ſacrificij cæleſtis cauſam rationemque noſcamus inenarrabili dono ejus, ſine fine gratias relaturi. Nam verè iſtud eſt hæreditarium munus teſtamenti ejus novi, quod nobis ea nocte qua tradebatur cru-

ciſigendus, tanquam pignus ſuæ præſentiæ dereliquit. Hoc illud eſt viaticum noſtri itineris, quo in hac via vitæ alimur ac nutrimur donec ad ipſum pergamus de hoc ſæculo recedétes: unde dicebat idem Dominus:
Ioan. 6. *Niſi manducaveritis meam carnem, & biberitis meum ſanguinem, non habebitis vitam in vobis ipſis.* Voluit enim beneficia ſua permanere apud nos, voluit animas pretioſo ſanguine ſuo ſemper ſanctificari per imaginem propriæ paſſionis, & ideo fidelibus diſcipulis mandat, quos primos & Eccleſiæ ſuæ conſtituit Sacerdotes, ut indeſinenter iſta vitæ æternæ myſteria exercerent, quæ neceſſe eſt à cunctis Sacerdotibus per ſingulas totius orbis Eccleſias celebrari, uſquequo iterum Chriſtus de cælis adveniat; quo & ipſi Sacerdotes, & omnes pariter fideliũ populi exemplar Paſſionis Chriſti ante oculos habentes quotidie, & gerentes in manibus, ore etiam ſumentes ac pectore, redemptionis noſtræ indelebili memoria teneamus, & contra venena Diaboli dulcem medicinam ſempiterni tutaminis conſequamur.

Quod

Quod autem Sacramenta corporis ſui & ſanguinis in ſpecie panis & vini offerenda conſtituit, duplex ratio eſt. Primùm, ut immaculatus Dei Agnus hoſtiam mundam mundato populo traderet celebrandam, ſine uſtione, ſine ſanguine, ſine brodio, ideſt, jure carnium, & quæ omnibus ad offerendum prompta eſſet ac facilis. Deinde quomodo panem de multis tritici granis in pollinem redactis per aquam confici & per igné neceſſe eſt conſummari: rationabiliter in eo figuram accipimus corporis Chriſti, qui novimus ex multitudine totius humani generis unum eſſe corpus effectum, per ignem ſancti Spiritus conſummatum.

Præſcientia quidem Dei non fallitur, ſed nec homini conceſſa ſemel voluntatis libertas aufertur, ne nihil de eo judicare poſſit, qui liber non fuerit in agendo. 7 tract. 3.

Pertinaciam mali damnat Deus, converſioné pœnitentis amplectitur.

Ab agnis & hædis ſumetis. Exod. 4. Hinc advertere Judæi debuerant legem Dei ſpiritualiter intelligendam, quoniam ab agnis & hædis ſumen- Tract. 4.

dum legerunt agnum qui immolandus erat ; cum ſit iſtud naturæ contrarium, ut ſi agnus eſt, ab agnis ſit pariter & ab hœdis. Sed hæc eſt omnis ratio in ambignitate ſermonis, quod iſte immaculatus Agnus Dominus Jeſus & juſtorum & peccatorum carnem ſuſcipere ſit dignatus ex Virgine : corpus enim non ſolùm de Patriarchis & Prophetis, ſed ex totius humani generis maſſa ſuſcepit. Juſtos autem comparari agnis, & peccatores hœdis, ipſe in Evangelio declaravit, dicens agnos à dextris vocandos, hædos verò à ſiniſtris pellendos.

Nobis vivit Chriſtus. Reſurrexit enim nobis, quia non eſt ultra viſus Judæis, neque intravit poſt reſurrectionem Synagogam Judæorũ, ſed ad congregatos diſcipulos introivit.

Tract. 5. Non propter ſe calceatus eſt Chriſtus, ſed propter nos, quoniam terra ſuſtinere non poterat majeſtatis ejus nuda veſtigia.

Tract. 6. Revocavit omnem creaturam ſuam ad ſe Dominus Jeſus, quam ſibi iniquiſſimi uſurpatores divinitatis rebelli ſpiritu manciparant, ut

ipſius ditioni ſubjecta eſſent omnia, per quem facta ſunt univerſa.

Per omnes libros ſanctarum ſcripturarum & Patrem Deum, & Filium Deum, & Spiritum Sanctum Deum legimus, non Deos: quia Deos non ſinit dici unitas majeſtatis: eſt enim ſola in Trinitate Perſonarum diſtinctio, non Naturæ diverſitas. *Tract. 7.*

Deus majorem cauſam tunc ulciſcendi habet, ſi in exiguis rebus, ubi nulla difficultas eſt obſervandi, pervicaci tantùm ſpiritu contemnatur.

Faciliùs neceſſitati ignoſcit Deus, quàm præſumptioni.

Medicus mœſtitudinis domum potiùs quàm lætitiæ ingredi conſuevit. *Tract. 8.*

Benedixit quod conſtituerat à primordio legitimum Chriſtus conjugium, dum pergere ad nuptias non renuit inuitatus: & tamen virginitatem docuit eſſe meliorem, dum magis per eam naſci dignatur.

Infelices illæ domus ſunt, quæ nihil diſcrepant à Theatris.

Sit domus Chriſtiani ac baptizati hominis immunis à choro Diaboli.

Naſcitur Chriſtus non ſibi, ſed nobis, *Tract. 9.*

Incorrupta Virgo peperit quod intacta Virgo concepit. Integritatem naſcendo violare non potuit, qui venerat redintegrare naturam.

Maria divino partu ſic cœpit eſſe mater, ut Virgo ſacratior permaneret.

Tract. 12. Diabolus hujus mundi Princeps, uſurpatione dicitur, non natura Etenim ſeducens humanum genus, ut derelicto Deo ipſum ſatanam per ſimulachra coleret manu facta, principatum violenter tenuit, & exercuit tyrannidem in tantum ut advenientem verũ Principem ſuum non recognoſceret mundus, ipſius quippe Diaboli præſtigijs obcæcatus.

Cavendum planè nobis, fratres chariſſimi, ne victoriam Chriſti, qua Diabolum triumphavit, de captivitate ejus nos redimens ſuo ſanguine pretioſo, & auferens ei humani generis principatum, noſtro vitio irritam faciamus, illius tyrannidi per illecebras carnis, ejus creduli iterum regno nos ſubjicientes in contumeliam Redemptoris.

Tract. 13. Certamen noſtrum contra vitia carnis eſt, contra cupiditatem pe-

curiæ, contra animi iracundiam, quæ ſunt arma Diaboli, quibus reſiſtendum eſt utique galeâ fidei, loricâ continentiæ, miſericordiæ clypeo, in quo poſſimus, ut ait Apoſtolus, omnia jacula nequiſſimi candentia extinguere.

Inſignior fides eſt, quæ nec in modicis violatur. *Tract. 15.*

Profectò quicquid in hoc ſæculo eſt, alienum nobis eſt, qui retributionem futuram ſperantes, velut hoſpites & peregrini in mundo converſari jubemur. *Tr. 18.*

Duplex eſt in Chriſto ſubſtantia, una propria, alia noſtra jam ſua: una Dei, alia hominis. Omnia ergo quæcumque in hac duplici ergo quæcumque in hac duplici ſubſtantia conſtitutus, vel locutus eſt, vel fecit, vel pertulit Chriſtus, nunc infirmam ſuſcepti hominis demonſtrabant. Nativitas carnis hominem monſtrat, Deum probat inuſitatus Virginis partus. Anguſtum præſepis cunabulum & obvolutio conſueta pannorum humanam ſignat infantiam, ſed Angelorum voces Deum paſtoribus annunciant eſſe qui natus *Tract. 19.*

eſt. Deinde Herodes perſequitur parvulum, ſed ſtellæ obſequentis fulgor magnum declarat Deum; quem legati univerſarum gentium Magi ſuppliciter adorantes cæleſti Regi honorificentiam debitam oblatione myſticorum munerum deferebant. Annorum duodecim puer Jeſus in Templo à parentibus anxiis reperitur, ſed in verbis eum Dei ſapientiam Doctorum circumſedentium turbæ mirantur. Ad Baptiſmum Joannis quaſi homo peccator accedit, noſtra in ſuo corpore crimina abluturus; ſed & ibi ſtatim naturæ divinæ proprietatem vox Patris
Matth. 4. ejus è Cælo intocat dicens: *hic eſt filius meus dilectus in quo bene complacui, hunc audite.* Ut ad hominem Diabolus tentator accedit, ſed triumphato Diabolo ſtatim ſuccedunt Chriſto tanquam Deo ſervientium miniſteria Angelorum. Seditiones furentium Judæorum declinat frequenter ut homo, ſed legiones Dæmonum quaſi ſervorum Deus verbi fugat imperio. Supra puteum ſedet fatigatus ex itinere quaſi homo, ſed Samaritanæ mulieris occulta reſe-

rat quaſi Deus humanarum mentium perſcrutator; & non ſolùm reſerat, ſed etiam lavacro aquæ in æternam vitam ſalientis emundat. Eſurie, ſitire, fatigari, dormire hominis eſt: ſed quinque panibus quinque hominum millia ſatiare Dei eſt. Et largiri aquam vivam cujus unus hauſtus bibenti præſtet ne ultra jam ſitiat, ſed ſit in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam, non niſi Dei eſt. Et qui labore terreni itineris conficitur velut homo, rurſus idem ſuper aquas ambulat quaſi Deus. Dum per terram gradiens fatigationem ſentit, homo eſt; ſed idem dum ſecura poteſtate per fluctus ambulans Petrum mergentem ſublevat, Deus eſt. Dormit ut homo, & exurgens elementis imperat quaſi Deus. Nam tumentes fluctus verbo compeſcuit, ſtatimque ſilvit increpata tempeſtas, & ad creatoris ſui vocem plena confeſtim jacuit inflati gurgitis moles. Suſtinebat ut homo contumelias paſſionis, & operabatur ut Deus propria authoritate virtutes. Unde Apoſtolus ait, *crucifixus eſt ex infirmitate, ſed vivit ex virtute Dei.* 2.cor.13.

Et hinc eſt illud quod cum ad paſſionem deducitur, tactu dexteræ ſuæ novam format aurem Malcho, contra patientiæ ſuæ propoſitum Petri ulciſcentis gladio amputatam; & quod pendens in cruce Latroni confitenti Paradiſum donat, & quod in ſepulchro poſitus corpora ſanctorum reſuſcitat, & quod reſurgens in ea videtur qua paſſus fuerat compoſitione membrorum, & ad Apoſtolos intra unum domicilium congregatos januis clauſis ingreditur, & quod cælos aſcendens diſcipulos fideles non deſerit, cum ipſis ſe permanſurum uſque ad conſummationem ſæculi pollicendo.

Nomen ſuper omne nomen Deus eſt.

Nemo ſanctorum medicinâ Chriſti non indiguit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

A-4

15
BIBLIOTECA